271.

20

Inc. 125·8°

Martyrologium quod et Viola Sanctorum inscribitur

Nurembergae

(Anton Koberger)

1486.

Martyrologium seu Viola Sanctorum 1486.

121 / 1

266. 271.

# Viola ſanctoꝝ.

180

## Januarius

I cuncta mei corꝑis membra verterētur in linguas et omnes artus mei humana voce ſonarent nihil dignū ſanctis ac venerabilibus apl'is martyribus cōfeſſoribus ⁊ virginib9 nec nō alijs dei electis dicere poſſem. Tamen qꝛ abſurdū eſſe opinor ꝙ cor meū diu deſiderauerat declinare. ideo aliqua que in manifeſtis ⁊ autenticis libris de ſanctis dei loqui legi ⁊ collegi xp̄i fidelib9 breuiter ſtrictimq; ſcribere ꝓpono vt lectoris animū ſi ſermo offenderit tn̄ breuitas ad legendū ꝓuocet. nec verbis fuſcis veritatē obducā. ne dum ꝯpilator elegantie querendo pompā lector tantarū virtutū amittat ſcientiam. Sicubi etiam in hoc ſcripto deuiaui vel minus dixi parcat mihi quia ignorās feci. Ubi vero recte ꝓceſſi laudetur gratia ihū xp̄i. Ad cuius honorē et beatiſſime mr̄is ei9 nec nō omniū ſanctorū pn̄s opuſculum cōpilaui. eiq; titulum Uiola ſanctoꝝ impoſui.

Ci A j

Ircūciſio dn̄i nr̄i ihū xp̄i. Nā ſicut dicit Luce. ij. Poſtq̄ ꝯſumati ſūt dies octo. gloſa a natiuitate dn̄i computādo vtrāq; extremitatē vt circūcideret puer. Sic enī ꝓceptum fuerat. Geñ. xvij. Infans octo dierū circūcidetur in vobis. vocatū eſt nomē eius ihus. id eſt ſaluator. ad ſignificandū ꝙ ſpūaliter circūciſos vocaret. Vn̄ Mat. j. Ipſe ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eorū. Et bn̄dicit vocatū nō impoſitū. qꝛ iam an̄ fuerat impoſitū a deo. yſaie. lxij. Uocabit tibi nomē nouum ꝙ os dn̄i noiauit. Item qꝛ iam p̄nunciatū eſt ab angelo Luce. j. Uocabis nomen eius ihm̄. Et eſt ꝙ ſequit quod ſcz nomē vocatū eſt. i. p̄nunciatū ab angelo p̄uſq̄ in vtero ſcz virginis conciperetur de ſpūſancto. Eodē die apud ſpoletū natalis ſancti cōcordij p̄ſbyteri ⁊ martyris Tēporib9 anthonij imꝑatoris qui p̄mo fuſtib9 ceſus. De hinc eculeo ſuſpenſus ac famie poſt in carcere maceratus ibiq; angelica viſi-



Libell9 Conuent9 [illegible] ordinis p̄dicatorū cōparat9 p fr̄em Iohēz [illegible] 1490

BIBLIOTECA

tatione ꝯſolatus. deniꝫ gladio vitã finiuit. Item rome ſancti almachij martyris qui iubẽte vrbis p̄fecto cum diceret hodie octaue dñici diei ſunt ceſſate a ſupſtitionib9 ydolorum gladio occiſus eſt. Item apud alexandriã ſancte eufroſine virginis que oꝛonib9 p̄ris ſui pafnucij de ſterili matre ꝓgenita in puellari etate cõſtituta clam ſe totondit ⁊ monachoꝝ monaſteriũ introiuit ſmaragd9 ſibi nomẽ impoſuit vbi optime. xxviij. annis vixit. ⁊ in moꝛte ſua quid eſſet cõfeſſoꝛi ſuo et patri pafnucio dixit. ⁊ poſt moꝛtem miraculis choꝛuſcauit. Et vita ipſius virginis plenius habet̃ in vitis patrum.

¶ Octaua ſancti ſtephani. Eodem die in ponto ciuitate thomis natalis marcellini pueri qui ſub licinio p̄ncipe inter tyrones cõpꝛehenſus cum nollet militare ad moꝛtẽ ceſus. ⁊ diu in carcere maceratus atqꝫ vltimo in mare merſus eſt. ſicqꝫ curſum martyrij finiuit. ſi b ij

¶ Octaua ſancti iohãnis. Eodẽ die natale ſancti petri martyris qui apud aulanã ciuitatẽ crucifix9 eſt. In ciuitate pariſienſi natale ſancte Genofeue virginis q̄ ad mirandis virtutibus ⁊ miraculis claruit q̄ de hac vita feliciter ad xp̄m migr̃uit. o c iij

¶ Octaua innocentũ. Itẽ rome natal' ſãcte dafrane vxoꝛis ſãcti fabiani martyris q̄ poſt interfectionẽ mariti ſui p̄mũ relegata eſt i exiliũ. deinde a iuliano imp̄atoꝛe iuſſa ẽ capite puniri ia d iiij

¶ Sancti theleſfoꝛi pape qui poſt beatũ petrũ ſeptim9 papa oꝛdinat9 illuſtre martyriũ duxit. Hic inſtituit ſeptẽ ebdomadas añ paſca ieiunari ab oib9 xp̄ianis. ⁊ tres miſſas in die natiuitatis celebꝛari ⁊ hymnũ angelicum in miſſa cantari. nus e v

Ephania dñi. Ephania q̄doꝛuplici decoꝛat̃ miruculo. et ideo q̄doꝛuplici vocabulo nũcupat̃. Hodie eñ magus xp̄m adoꝛat. Johãnes xp̄m baptiſat. Aquam in vinũ xp̄s mutauit. Et q̄nqꝫ milia hominũ de q̄nqꝫ panib9 ſaciat. Cum eñ xp̄s eſſet. xiij. dierũ magi ad eũ ſtella duce venerũt. Et inde dicitur ephania ab epi q̄ eſt ſup̄ et phanos q̄ eſt E f vj

apparitio. q2 tunc deſup ſtella apparuit. Sme ipe xps p ſtellā que deſup viſa eſt magis verus deus demōſtrat9 eſt. Eodē die reuolutis. xxix. annis cū iam. xxx. annū attigiſſ3 quia habebat xxix. ānos. et xiij. dies. erat em̄ incipiēs q̄ſi ānoꝝ. xxx. vt dicit lucas. In iordane flumine baptizat9 eſt. ⁊ ob hoc vocat̄ theo phania. a theos q̄ eſt de9 ⁊ phanos q̄ ē apparitio. q2 tūc deus trinitas apparuit. Pater in voce. filius in hūana carne. ſpiri tusſanct9 i colūbe ſpecie. Ipo etiā die iteꝝ reuoluto āno vno cum eſſ3. xxx. vel. xxxj. ānoꝝ. ⁊ xiij. dieꝝ aquā in vinū mutauit ⁊ ob h̄ vocat̄ bethphania a beth q̄ eſt dom9. et phanos q̄ eſt apparitio. q2 in miraculo facto in domo verus deus apparuit. Ipo ſimiliter die reuoluto āno cū eſſet annoꝝ. xxxj. vl'. xxxij. q̄nq3 milia hoim̄ de q̄nq3 panib9 ſaciauit. ⁊ ob h̄ vocat̄ phagi- phania aut phage q̄ eſt mādueare. Prima apparitio facta ē p ſtellā in p̄ſepio. Scd̄a p vocē p̄ris in iordanis flumine. Ter cia p mutationē aque in vinū in ꝯuiuio. Quarta p multipli- cationē q̄nq3 panū in deſerto. Prima apparitio precipue ho die celebrat̄. ⁊ ideo ei9 hyſtoriā ꝓſeq̄mur. Nato em̄ dn̄o tres magi hieroſolimā venerūt q̄ꝝ noīa latine ſunt. Caſper Bal- thaſer Melchior dicētes. Ubi eſt q̄ nat9 eſt rex iudeoꝝ. Uidi mus em̄ ſtellā ei9 in oriēte ⁊ venim9 adorare eū. Audiēs autē herodes rex turbat9 eſt. Turbat9 triplici de cauſa. Prima ne iudei regē natū tanq̄ ſuū recipent ⁊ ipm̄ tanq̄ alienigenā ex- pelleret. Scd̄o ne a romanis culpari poſſ3 ſi aliq̄s ibi rex vo caret̄ quē auguſt9 nō ꝯſtituiſſet. Tercio q2 ſicut dicit gregori9 Celi regi nato turbat9 eſt rex terre. q2 nimiꝝ altitudo terrena cōfundit̄ cum altitudo celeſtis aperit̄. Et oīs hieroſolima tur bata eſt cū illo ſc3 herode. ⁊ h̄ triplici de cauſa. Primo q2 im pij gaudere neqūnt de aduētu iuſti. Scd̄o vt regi turbato adu larent̄ p hoc. q2 ſe turbatos oñderet. Tercio q2 ſicut ſeſe ven tis ꝯcuciētib9 vnda ꝯcutit̄ ſic ⁊ regib9 ſeſe certātib9 adinuicē pplus turbat̄. Cōgregans autē herodes p̄ncipes ſacerdotū. ⁊

ſcribas ppl'i ſciſſitabatur ab eis vbi xp̄s naſcereť. At illi dixe
rūt ei. In bethleē iude ſic eñ ſcriptū eſt p pphā dicentē. Et
tu bethleē terra iuda nequaꝙ minima es in p̄ncipibꝫ iuda. ex
te eñ exiet dux q̄ regat ppl'm meū iſrl'. tūc herodes clam. vo-
catis magis diligēter didicit ab eis tempus ſtelle q̄ apparuit
eis ⁊ mittēs illos in bethleē dixit. Ite ⁊ interrogate diligen-
ter de puero. ⁊ cū inueneritis renūciate mihi vt ⁊ ego veniēs
adorē illū. Se ſimulat velle adorare quē q̄rebat occidē. qui au
dito rege abierť. Et ecce ſtella quā viderāt ī oriēte añcedebat
eos vſqꝫ dū veniēs ſtaret ſup̄ vbi puer erat. De hac ſtella cu-
iuſmōi fuerit multe ſūt oppiniōes. quidā dicūt iſtā ſtellā ſpm̄
ſanctū fuiſſe. vt ille q̄ poſtmodū deſcēdit ſup dn̄m baptizatū in
ſpecie colūbe apparuit ⁊ magis ī ſpecie ſtelle. q̄dā vt Criſ. di
cit ꝙ ſtella iſta fuerit angelꝰ vt ip̄e q̄ apparuit paſtoribꝫ appa
ruerit ⁊ magis. Sꝫ ip̄is paſtoribꝫ iudeis tāꝙ rōne vtētibꝫ ap
paruit in formis rōnali. gētibꝫ vero tāꝙ irrōnabilibꝫ in ſpecie
irrōnali. Qdā ꝙ verꝰ videť ꝙ fuerit ſtella de nouo creata
q̄ pacto ſuo myſterio rediit ī p̄iacētē materiā. videtes aūt ſtel
lā magi gauiſi ſūt gaudio magno valde. ⁊ intrātes domū īue-
nerūt puer̄ cū maria mr̄e eiꝰ ⁊ pcidētes adorauerť eū. ⁊ apris
theſauris ſuis obtulerūt ei munera. ſcꝫ aurū thus ⁊ mirrā. et
rūſo accepto in ſōnis ne redirēt ad herodē. p aliā viā reuerſi
ſūt in regionē ſuā. Eodē die in tritorio remēſi paſſio ſcte mr̄e
v̄gis q̄ a rictionario p̄ſide cū ī ignē eſſꝫ p̄cipitata ⁊ pmāſiſſꝫ il
leſa. deiñ mamill' abſciſis ⁊ ſqualore carceris afflicta ſup teſtas
etiā acutiſſimas ⁊ prūas voluptata orās migrauit feliciť ad xp̄m.

¶ Sancti cleri martyris ⁊ dyaconi qui apud anthiochiā p pi g vij
cōfeſſionis gloria ſepcies tortus ⁊ in carcere diu maceratꝰ ad
vltimū decollatus martyrium conſūmauit.

¶ Sācti patiētis ep̄i metēſis. Notādū ꝙ ī metis. lx. ep̄i ſūt Er A viij
ſctificati. ⁊ de hijs. xij. ab eccl'ia ſunt ſctificati ſiue canonizati.
Itē ī beluato natal' ſctoꝝ martyꝝ luciani p̄ſbyteri mariani ⁊

iuliani q̄ꝝ maximian⁹ ⁊ iulian⁹ p̄mo a p̄ſecutoꝛib₃ gladio pu-
niti ſūt. de hic b̄t̄s lucian⁹ cū xp̄i noīe viua voce ꝯfiteri n̄ timu
iſſꝫ decollatōis ſnīa ꝫ accepit. Itē erhardi ep̄i Ratiſbonēſis.

baro b ix ¶ Sāctoꝝ iuliani ⁊ baſiliſſe vxoꝛis ſue q̄ fuerīt palā ꝯiuges
⁊ clā v̄gines q̄ꝝ mira paſſio legit̄ facta fuiſſe apd̄ anthiochiā
ſub dyocleciano ⁊ maximiano. Ex q̄ꝝ collegio inſtituto ma-
gna ſacerdotū. ⁊ miſtroꝝ eccl'ie xp̄i cremata igne eſt q̄ ad eos
ꝯfugerat ꝑpter imanitatē p̄ſecutōis. Poſt quos Anthonius
p̄ſbiter anaſtaſius ⁊ celſus puer vna cum matre ſua atqꝫ alij
plures paſſi ſunt ⁊ migrauerūt ad xp̄m.

ven c x ¶ Sācti pauli p̄mi hēmite q̄ ſicut Hieronim⁹ q̄ ei⁹ vitā ſcri
pſit teſtat̄ i thebayda feruēte p̄ſecutōe decij. xvj. etatis ſue āno
heremū adijt vbi in q̄dā ſpelūca ānis. xl. hoīb₃ ignot⁹ p̄māſit
Cui dn̄s q̄tidie hoꝛa prādij p coruū dimidiū panē miſit. Cū aūt
q̄dā die b̄tūs anthoni⁹ ad eū cū magno laboꝛe veniſſꝫ coꝛu⁹
duplicatā partē panis attulit. Cūqꝫ de hac anthoni⁹ miraret̄
Rn̄dit paul⁹ q̄ de⁹ oīm die talit̄ ſibi miſtraret. ⁊ iā ꝑpter ho
ſpitē duplicauerat. Pia lis int̄ eos oꝛit̄ q̄s magis dign⁹ eſſet
panē diuidē defert paul⁹ hoſpiti ⁊ anthoni⁹ ſenioꝛi tandē vtqꝫ
manū apponūt ⁊ in eq̄s ꝑtes panē diuidūt. Cū aūt anthoni⁹
ad cellā ſuā rediēs iā celle ſue appꝛopinq̄ret vidit āgelos ani
mā pauli int̄ apl'oꝝ ⁊ ꝑphaꝝ choꝛos i celū deferētes. Qui de
locit̄ rediēs īuenit coꝛp⁹ pauli flexis genib₃ i modū oꝛātis ere
ctū. ita vt eū viuē eſtimaret. ſꝫ cū ip̄m moꝛtuū didiciſſꝫ ait. O
ſancta aīa qd̄ gerebas in vita in moꝛte demōſtraſti. Cū aūt nō
haberet vn̄ ſepulcꝛ faceret. ecce duo leōes aduenerūt ⁊ foueā
parauerūt. ſepultoqꝫ eo ad ſiluā vn̄ venerūt redierūt. Antho
nius aūt tunicā pauli q̄ ex folijs palmaꝝ cōtexta erat aſſūpſit
q̄ poſtmodū in ſolēnitatib₃ vtebat̄. Et ſanctus hieronim⁹ ſcri
pſit ⁊ dixit de ſācto paulo. Si dn̄s ſibi optōeꝫ daret multoma
gis eligerē tunicā pauli cū meritis ſuis quā purpureas regū
cum regnis ſuis. Obijt autem circa ānos dn̄i. cc. lxxxvij.

¶ Sancti ſaluij in huiꝰ natali ſanctus auguſtinꝰ ſermonē fe‑ vi d xj
cit ad pplm̄ cartagin. Itē eductio iħu de egypto vbi ſeptem
annis exultauit vſqꝫ ad mortē herodis. Tūc angelus dixit ad
ioſeph. Surge ⁊ vade in terrā iuda. defuncti ſunt em̄ q̄ quere
bant animā pueri. ⁊ ſic venerūt cum puero iħu in nazareth.

¶ Apud achayā natalē ſancti ſatyri martyris q̄ ciuis arabie cat e xij
fuit. ⁊ trāſiens añ qddam ydolū cū exufflaſſet in illud ſignans
ſibi frontē ſtatim corruit. ob quam cauſam decollatus eſt.

¶ Octaua ephanie. Itē in ciuitate pictauiēſi natalis ſancti oc f xiij
hylarij epi ⁊ cōfeſſoris q̄ nobiliſſimꝰ lr̄atiſſimus ⁊ xp̄ianꝰ fuit
⁊ vaſtator hereticoꝝ validiſſimus fuit. qui ob catholicā fidem
quadrienio apud frigiā exilio relegatꝰ fuit: Et illū ſanctū hy‑
lariū mulieres parturiētes debēt inuocare q̄ qñqꝫ pariunt mor
tuos pueros. vñ legit̄ q̄ q̄dam matrona ꝓſtrata añ pedes ſan
cti hylarij largiter flēs dixit. Martinꝰ cathecuminꝰ. id eſt nō
baptizatꝰ mortuū reſuſcitauit ⁊ tu reſuſcita puerū meū añ ba‑
ptiſmū defunctū. Quid mlta hylariꝰ in cinē orās tādiu iacuit
donec ambo ſimul ſurgerēt ſcꝫ hylariꝰ de cinē ⁊ puer de morte.

¶ Sancti felicis p̄ſbyteri et martyris quē apud nolā campa fe g xiiij
nie iudex rufinꝰ noie tpe dyocleciani imparatoris. Primo iuſſit
fuſtibꝰ cedi. Scd̄o in yma carceris trudit̄. et multo ferri pon
dere onerat̄. Tercio catenat̄. ⁊ ſic in domitis mulis alligat̄ ⁊
tādiu ꝑ oēs plateas ciuitatis eſt tractꝰ. donec corpꝰ eius totū
eſſet dilaniatū. Quarto iteꝝ incarcerat̄ ad quem āgelus dn̄i
cū magno ſplēdore venit dicēs. noli timē. Ego a xp̄o dn̄o da‑
tus ſum tibi auxiliator. ⁊ tetigit oēs plagas corpis ſanās eū.
Quinto exungulat̄ corpꝰ eius a ſcapul̄ vſqꝫ ad cingulū. Sex
to ſuſpēdit̄ capite verſo deorſuꝫ. qui ita pendēs ab hora tercia
vſqꝫ ad veſpam nil mali ſenciēs. Septimo poſt ſolis occaſuꝫ
iteꝝ eſt incarceratus vbi celitus eſt cōſolatꝰ. Octauo ligatis
poſt tergū manibꝫ i mare eſt ꝓiectꝰ. ſꝫ ſtatim vincula q̄ſi ſtup
pa ſoluta ſunt. ⁊ eſt viſus ambulare ſup mare angelis aſtātibꝫ

eum ſuſtentātibꝫ. et ſic angeli duxerunt eum ad litus. Nono
a rufino iudice iterū capit̄. ⁊ carnes eius vſq₃ ad oſſa lanian-
tur. ⁊ ſic in laniatione membꝛoꝝ emiſit ſpiritum.

li A xv ¶ Sancti mauri abbatis q̄ dum eſſ₃ duodenis ſanco bn̄dicto
nutric̄ons ꝯmittit̄. Jtē apud ſpoletū natale ſācti pōciani mar
tyris qui tpe ſancti Anthonij impatoris q̄ p̄mo v̄gis vſq₃ ad
ſanguinē cedit̄. Scd̄o ſup carbones ambulare cogit̄. Tercio
in eculeo ſuſpendit̄ ⁊ vncis ferreis lacerat̄. Quarto duobus
leonibꝫ dat̄. ſ₃ ab eis nō ledit̄. Quinto incarcerat̄ ⁊ diu fame
macerat̄. Sexto ſup lectū ferreū extendit̄ ⁊ plumbū liq̄factū
ſup dorſum eiꝰ fundit̄. Septimo decollat̄. Jtē apud egyptum
natale beati macharij abbatis diſcipuli beati anthonij vita ⁊
miraculis celeberrimis. Hic lōgo tpe morabat̄ in loco deſer
ti a quo deſcendit. ⁊ monumentū vbi corpa paganoꝝ ſepulta
erāt ad dormiendū ibidē intrauit ⁊ corpꝰ vnius mortui ſub ca
put ſuū tanq̄ plūmariū retraxit mlta ibidē a demonibꝫ paſſus
eſt. Quadā vice dyabolꝰ occurrit ei cū falce meſſoria ⁊ volēs
eū falce pcutere nec poterat. Et dixit ei dyabolꝰ multā violē-
ciam paciar a te machari. q₂ nō poſſum aduerſu₃ te p̄ualere.
Ecce em̄ q̄cq̄d tu facis ego facio. Jeiunas tu ⁊ ego penitus
nihil comedo. Vigilas tu ⁊ ego penitus nō dormio. vnū eſt in
quo ſupas me. et dixit abbas. Quid eſt h̄. Humilitas inquit
tua. ꝓpter quā nō valeā aduerſum te. Dū quadā die tentatio
nes eum nimiū vrgerēt ſurgēs ⁊ magnū pōdus humeris ſuis
imponēs diebꝫ mltis. ⁊ ſic p deſertū ibat. Quē theoſobiꝰ inue
niens dixit. Abba cur tale onus portas. Et ille vexo vexantē
me. Poſt hec ⁊ ſimilis multa claris virtutibꝫ in pace quieuit.

mar b xvj ¶ Rome via ſalaria natale ſancti marcelli pape hic cū eſſet
ſūmus pōtifex ⁊ maximianū impatorē de nimia ſeuicia quā ex-
ercebat in xp̄ianos increparet. ⁊ in quadā domo cuiuſdā ma
trone in eccliam ꝯſecratā miſſā celebraret. Watꝰ impator do
mū iſtā fecit ſtabulū iumētoꝝ. Beatū vero marcellū iuſſit fu-

ſtib9 cedi. deīn ad iudiciū aīaliū cū cuſtodia publica deputari. P9 multos aūt ānos ibidē iudicio amictu cilicino iduit9 defūct9 ē.

¶ Sanctiſſimi anthonij heremite ⁊ abbatis q̄ floruit ī egy‑ pto apud thebaydā tēporib9 ꝯſtātini imperatoris. q̄ cū eſſꝫ an noꝝ vigīti ⁊ audiret legi in eccl'ia. Si vis pfectus eſſe. vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da paupib9. oīa ſua vēdidit ⁊ paupib9 ero gauit ⁊ hēmiticā vitā. lxxxv. annoꝝ tpe dura vita deo fideliter ſeruiēs duxit. ⁊ innumerabilia demonū tētamēta ſuſtinuit tan‑ dē. cv. āno vite ſue frēs ſuos deoſculās in pace q̄euit āno dn̄i ccc. xl. Corp9 aūt eius ſub iuſtiniano imperatore diuina reuela tione repertū eſt. ⁊ alexandrie delatū atqꝫ ī eccl'ia ſcti iohis ba‑ ptiſte humatū. ⁊ ſcts auguſtin9 audita fama huius ſcti antho nij gemēs ait ad alipiū. Quid ſum9 ⁊ nos cū nr̄is ſciētijs q̄d facim9 ecce indocti regna celoꝝ rapiūt. et nos cū nr̄is ſciētijs in infernū dimergimur. Et ſanctus anthoni9 cū ſua ſctiſſima vita meruit vt honoꝛet̄ ab oīb9 xp̄ifidelib9 in toto mundo exi ſtentib9. ¶ Itē ſāctoꝝ martyrū Speuſipi eleoſipi ⁊ meleo‑ ſipi. Hij gemelli erāt ſimul geniti. ⁊ a paganis ꝓpter fidē xp̄i p̄mo ſuſpēſi ſūt in arbore vna ligatis manib9 ſurſum. pedib9 vero deorſuꝫ. Et cū ipi de h glīarent̄ q ipi ſicut xp̄s in ligno eſſent ſuſpēſi deponunt̄. ⁊ in ignē copioſuꝫ ligatis manib9 et pedib9 ꝓijciunt̄. in quo igne vinculis ruptis ſtabāt illeſi xp̄m laudātes donec oīa fomēta ignis defeciſſent. Videtes aūt ſcti martyres choros angeloꝝ ſtātes an̄ ſe paratos recipe aīas fle‑ ctunt genua. ⁊ orādo abierūt ⁊ ſepeliunt̄ a chriſtianis.

¶ Paſſio ſancte priſce vginis q̄ cū eſſet. xiij. annoꝝ. Primo expoliata ⁊ ceſa ⁊ in carcere clauſa p totā noctē hymnū cane bat ⁊ glificabat ſpōſuꝫ ſuū ihm xp̄m. Scdo feruēti pinguedie adipū vncta eſt. Tercio vncis ferreis corp9 eius diſſipatū eſt. Quarto pfect9 imperatoris iuſſit mēbra ei9 cum ſpata incidi. Quinto beſtijs ferociſſimis tradita eſt q̄ manſuete facte ſūt. Sexto carnifices carnes ei9 raſerūt. Septimo ī ignē ꝓiecta

an c xvij

pri ſ d xviij

eſt. ꝛ pluuia extinxit ignem. Octauo decollata eſt.

Paſſio ſcte marthe cum tribꝫ filijs. q̄ filij pͥmo fuſtibꝫ ma
ca e xix ctant intuēte mr̄e q̄ ꝯfortabat eos palā. Scd̄o in eculeo ſu-
ſpēdunt. Tercio ignis lateribꝫ eoꝝ applicat. Quarto vngis
ferreis pcutiunt. Quinto vngulis radunt. Sexto manꝰ eoꝝ
pſcindunt mr̄e vidēte. Marthaqꝫ ſanguine eorū caput pro
priū lingebat. Septimo p ciuitatē romā ligati trahunt pco-
ne clamāte deos nolite blaſphemare. Sed ipi ecōtra clama
bāt. Non ſūt dij ſed demones. Octauo decollant. Et vltimo
mr̄ eoꝝ martha ī puteū ꝓiecta necat. Quéſqꝫ ſimul ſepeliunt.

fab f xx Rome natale ſancti fabiani pape. qui cū eſſet ciuis roma-
nus ꝛ quodā papa d. fancto ipe ꝓ alio eligendo cū pplo ꝯue
nit volens rei exitū ſcire. Et ecce columba cādida deſcēdit ſup
caput eius. ꝛ dixit ei. papa eris. ꝛ cum oēs mirarent. ab eis ī
papā eligit. Cum aūt xiij. ānis ꝛ. xij. diebꝫ eccl̄ie pfuiſſꝫ iuſſu
decij impatoris capitis obtruncatōe martyrio coronatus eſt.
ꝛ in cimiterio calixti ſepultus anno dn̄i. cc. liij.

Jtē ſcti Sebaſtiani martyris apud catacūbas q̄ pncipa-
tū prime cohortis impatoꝝ dyocleciani ꝛ maximiani habuit.
Quē dyocleciānꝰ vt xp̄m coleret pͥmo iuſſit eū ligari in me-
dio cāpi q̄ſi ſignū ad ſagittā ꝛ ſagittari a militibꝫ. q̄ cū ſagit-
tis plenꝰ ſtaret q̄ſi ericiꝰ putātes eū mortuū abierūt. Nocte
autē q̄dā mlier cū ſcto hyreno vxor ſcti caſtuli martyris tulit
eū in domū ſuā. Jn q̄ cito plene ꝯualuiſſet impatoribꝫ occur
rēs iteꝝ feruētiſſime pdicauit ꝛ eos de nece martyꝝ corripit.
Ob h̄ fecerūt eū fuſtigari donec deficeret quē mortuū ī cloacā
miſerūt. Sꝫ ipe apparuit in ſōnis cuidā ſcte mr̄one noīe luci
na dicēs. corpꝰ meū pēdet in cloaca ī vnco ꝛ ſordes nō tetigit
ſepeli illud qd̄ ꝛ fecit. Paſſus eſt aūt circa ānos dn̄i. cc. lxvij.

ag g xxj Rome paſſio ſancte agnetis virginis hec vt teſtatur Am
broſius. xiij. etatis ſue anno mortē pdidit ꝛ vitā inuenit. erat
corpore iuuencula. ſed aīo cana. Eratqꝫ pulcra facie ſꝫ pul-

crioꝛ fixe. Hec q̄dam die dum a ſcolis reuertit̃ a prefecti filio
adamat̃. Cui ille gēmas et īnumerabiles diuicias promiſit ſi
cōſenſum eius ꝯiugio nō negaret. Cui agnes rn̄dit diſcede a
me pabulū mortis. qꝛ iam ab alio amatore p̄uēta ſum. quē cū
amauero caſta ſum. cū tetigero mūda ſum. cū accepo v̄go ſum
Poſuit ſignū in faciē meā vt nullū p̄ter eū amatorē admittā.
⁊ anulo ſuo ſubarrauit me. Jamqꜫ amplexibꝫ ei⁹ caſtis aſtri
cta ſum. Jam corp⁹ eius corpi meo ſociatū eſt. Hec ⁊ hijs ſi-
milia inſanis iuuenis audiēs lecto ꝓſternit̃. ⁊ q̄ amore egro
taret p alta ſuſpiria medicis aperit̃. Pater aūt iuuenis h̄ au
diens interrogauit q̄s eſſꝫ ille agnetis. dictū eſt ei q̄ xp̄m di-
cit ſuū ſpōſum. Pater autē procos mittit. ⁊ procat̃. minis ter
ret ſi ſpernat̃ filio ſuo poſcēs agnetē. Sed virgo xp̄i nec ter-
rore ꝯcutit̃ nec blādimētis ſeducit̃. Cui p̄fectus ſimphorian⁹
ait. Aut ydolis ſacrifica aut cū meretricibus ſcortaberis. Cui
agnes nō ſacrificabo dijs tuis nec ſordibꝫ polluar alienis. me
cū em̄ habeo cuſtodē corpis mei angelū dn̄i. Tūc p̄fect⁹ iuſſit
eā veſtibꝫ expoliari ⁊ ad lupanar duci. tantā aūt dēſitatē dn̄s
capillis eius ꝯtulit vt meli⁹ capill' q̄ veſtibꝫ tegeret̃. Jngreſ-
ſa igit̃ agnes turpitudis locū angelū dn̄i ibidē p̄paratū inuenit.
Fuit etiā circa eā tāta lux vt viſū cuiuſcūqꜫ horis verberaret
Cūqꜫ oraret apparuit veſtis cādidiſſima auro texta an̄ ocl'os
eius quā mox induit. Poſt h̄ filius p̄fecti irruit min⁹ reuerē-
ter in eā. ⁊ viſo lumie nō dedit glīam deo. ob h̄ anteq̄ attinge
ret agnetē a dyabolo ſuffocat̃ quem ip̄a p̄miſſa orōne a mor-
tuis ſuſcitauit q̄ egreſſus xp̄m mox oibꝫ p̄dicauit. Vn̄ ſeditio
magna facta eſt. Timēs aūt p̄fect⁹ pōtifices aliū iudicē ſubſti
tuit. ⁊ ip̄e triſtis abſceſſit. qꝛ agnetē liberare nō potuit. Tunc
vicarius aſpaſius noīe iuſſit eā in ignē copioſum mitti. ſed fla
ma in duas partes diuiſa ſediciosꝰ pplm̄ exurebat. ⁊ ip̄am
minime cōtingebat. Tūc aſpaſi⁹ in guttere eius gladiū imer
gi p̄cepit. ⁊ ſic xp̄s ſpōſus eius candid⁹ ⁊ rubicūdus electuſqꜫ

ex milibꝫ btām agnetē ſpōſam ⁊ martyrē ſibi cōſecrauit. An-
no dñi.cccix. Parētes aūt eius gaudio pleni ſepelierūt eam.
Sciendū ꝙ beata agnes inuocāda eſt ab hoībꝫ q̄ ſunt vlcero
ſi vel alias infirmi. Vñ legit̄ ꝙ cōſtantia filia ꝯſtantini impa-
toris ꝑ totū corp⁹ ſuū vlceribꝫ plena venit ad ſepulcrū ſancte
agnetis. ⁊ ibi orās oīno curata eſt. Itē ſciendū ꝙ bt̄a agnes
habꝫ h̄ ꝑuilegiū ꝙ in oībꝫ ⁊ ſingulis miſſis noīat̄ in canone.
vin A xxij ¶ In hyſpania ciuitate valentia tp̄e Daciani impijſſimi p̄ſi-
dis natale ſancti vincēcij leuite ⁊ martyris. Qui cū eſſet no-
bilis genere ſꝫ nobilior ſācitate vite. Hic cū beati valerij ep̄i
dyacon⁹ ⁊ vices ei⁹ gereret. qꝛ impediciotis erat lingue iuſſu
daciani valentiā trahunt̄ ⁊ ambo diro carceri mancipantur.
Ep̄o valerio remoto vincentiū vtpote rebelliorē ſibi ⁊ eccl'ie
dei vlciorē diuerſo tormentoꝝ genere īuaſit. Primo ergo in
eculeo eſt eleuat⁹ poſtea fuſtibꝫ ceſus. deinde lamina ardētis
corpi eius imp̄munt̄. et ſal laceratis carnibꝫ ei⁹ intrudit̄ poſt
hec ſtatule ſupponit̄ aſſat̄ exurit̄ ⁊ cremat̄ mēbriſqꝫ oībꝫ vn-
ci ferrei addunt̄. Ipaqꝫ interna viſcera de eius corpe ex labū
tur. Et inter hec māſit imobilis ⁊ ſurſum erectis oculis dñm
dep̄cabat̄. Poſtea iuſſu daciani carceri includit̄ et ſuꝑ teſtas
accutiſſimas ponit̄. pedes ei⁹ ligno affingunt̄. et ſine omī hu-
mano ſolacio ibidē cuſtodit̄. Sꝫ ecce rex xp̄s ꝓ q̄ miles patit̄
penā ꝯmutat ī gl'iam. Nā tenebra carceris ab īmēſa luce ex-
pellit̄. teſtaꝝ aſꝑitas ī oīm floꝝ ſuauitatē mutat̄ pedes diſſol-
uunt̄ ⁊ angeloꝝ ſolacio venerādo fruit̄. Hijs viſis ⁊ āgelorū
pſalmis ⁊ hymnis auditis ad fidē xp̄i ꝯuerſi ſūt. Hec audiēs
dacian⁹ iubet vt ad lectulū ⁊ ſtramentis mollioribꝫ reponat̄
vt recreat⁹ nouis iteꝝ ſupplicijs puniat̄. Cūqꝫ ad ſtratū mol-
liorem deportatus eſſet. et ibidem paulolū quieuiſſet tradidit
ſpiritum. Anno domini.cc.lxxxviij. Quo audito dacian⁹ ait.
et ſi viuentem ſuperare non potui puniam mortuum. Pro-
ijcite ergo eum in campum. vt a feris auibuſqꝫ conſumatur.

Sed ecce dei nutu coruus aduolās alias aues ſe maiores ac lupum accurrētem abegit. Dacian⁹ vero territ⁹ ait. Uincere mortuū in terra nequeo. ideo ſumat in ſaccū ⁊ ingēs lapis alligat ⁊ in mare ꝓyciat vt a marinis beluis deuoret. Sȝ cū in mediū maris veniſſent miſerūt corp⁹ viri dei ⁊ ipi q̄ſi victores leti remigrauerūt. ſed cum ad lit⁹ venerūt eum in litore inuenerunt a religioſis viris honorifice ſepultum.

¶ Rome ſancte emerētiane virginis ⁊ martyris collectanee ſancte agnetis q̄ orās ad ſepulcrū ſancte agnetis ab infidelib⁹ lapidata eſt ꝓ huiuſmodi verbis q̄ dixit armatis q̄ venerūt vt interficeret orantes ad ſepulcrū ſancte agnetis. Infelices pro defenſione lapidum homines interficitis innocētes. Ob cui⁹ lapidationē xp̄us terremotū ⁊ fulgura mox miſit ita vt maxima pars pp̄li infideliū moreret ꝓpter q̄ poſtea orātes ibi a nemine ledebantur. Sepulta eſt aūt ſancta Emerentiana iuxta ſepulcrū ſancte agnetis. Item eodem die ſancti Aſcli martyris qui p̄mo atrociſſime ſuſpendio tortus. Secūdo flamis laterib⁹ admotis aduſtus. Tercio ſubmerſus. cen b xxiij

¶ Sācti Thimothei diſcipuli ſācti pauli apl'i. Hic ab eodē apl'o ep̄s epheſi eſt ordinatus. Poſt multos xp̄i agones martyrio coronat⁹ eſt. Itē apud anthyochiā natale ſancti babile ep̄i q̄ ꝑſecutōe decij poſtea q̄ frequēter paſſionib⁹ ſuis ac cruciatib⁹ glificauerat dn̄m glioſe vite finē eſt ſortit⁹ i vinculis. ti c xxiiij

¶ Conuerſio ſancti pauli apl'i facta eſt eodē anno quo xp̄s paſſus eſt et ſtephan⁹ lapidat⁹ ē āno nō naturali ſȝ emergēti Nā xp̄s octauo kal'. apprilis paſſus eſt Stephan⁹ eodē āno iij. die auguſti lapidat⁹ eſt paulus vero kal'. februarij ꝯuerſus eſt. Nō hic epl'am q̄ de eo in miſſa legit. Saul⁹ adhuc ſpirās mi. ⁊c. ¶ Celebrat aūt eius ꝯuerſio triplici de cauſa. Primo ꝓpter exemplū vt null⁹ peccā deſperet de venia qñ tm̄ in culpa talē poſtmodū cōſpicit fuiſſe in gr̄a. Secūdo ꝓpter gaudiū. Sicut eccl'iaȝ magnā triſticiā habuit in ei⁹ ꝑſecutōe ita maximā pau d xxv

letitiã habuit de ei⁹ ↄuerſione. Tercio ꝓpter miraculũ q̃ dñs ĩ eo oñdit dũ de ſeuiſſimo pſecutore fecit fideliſſimũ pdicatorẽ Jtẽ ſancti Damani martyris qui ꝓpter fidẽ pmo ligatis manib⁊ ac pedib⁊ cedit̃ neruib⁊ ferreis. Scdo caſſis ignea capiti ipſi⁹ ſupponit̃. Tercio ſup ſcamnũ ferreũ in mediũ ſupligat̃ ⁊ ſubt⁹ ignis copioſus incendit̃ ⁊ q̄draginta ciclas olei in ignẽ fundunt̃. Orante aũt ſancto martyre ſcamnũ ſicut cera liquefactũ eſt. Ipe aũt in medio ignis ſicut roſa ſtetit orãs. Quo viſo imꝑator cecidit in extaſim ab hora prima vſq₃ ad nonam Quarto martyr xp̄i ligat⁹ eſt ad ſtatuã in aere. ⁊ a militibus poſtea cuſtodit̃ illa nocte ne xp̄iani eum furarent̃. Altera die imꝑator ſumptis militib⁊ venit ad eum dicens. Ubi modo eſt deus tuus ⁊ mox vna gutta de aere cecidit ⁊ imꝑatori vnũ oculum eruit. Quinto ſanctus martyr decollat⁹ eſt. Et cum decollaret̃ dixit. Ferte de meo ſanguine imꝑatori vt liniat oculũ ſuum. quo facto viſum recepit. Sanctus vero Damanus caput ſuum. xlix. pedibus tulit in locum vbi nũc quieſcit vbi mulier lxx. annos ceca miraculo audito de regis oculo ad ſepulcrum martyris iuit ⁊ ſanata receſſit.

pol e xxvj ¶ Sancti policarpi ep̄i natale apud ſmirnã qui fuit diſcipulus beati iohis apl'i et euãgeliſte q̃ fecit eum p̄riarchã totius aſye ⁊ ↄmiſit eum ſeptẽ eccleſijs in aſya. Hic credit̃ fuiſſe ille iuuenis quẽ ſanct⁹ iohes ſub depoſito cuidã ep̄o ↄmendauit. Quẽ poſtmodũ principẽ latronũ factũ in ꝓpria pſona requiſiuit. ⁊ ipm ad verã penitentiã reduxit. qui tm̃ ꝓfecit vt ei totã aſyã cõmiſit. Hic cum ſub marco anthonio et luceo aurelio pſonãte vniuerſo pplo eiuſdem verbis vrgeret ad negandum xp̄m. ⁊ vt in eum cõuicia diceret. Rñdit. lxx. annos et ampli⁹ ei ſeruiui ⁊ nunq̃ mihi nocuit. Cur poſſem dñm meũ negare Qui in ignẽ ꝓiectus nõ eſt leſus. Sz ignis ſicut cliban⁹ circa corpus eius ſe expandit. ⁊ ipe in medio ignis laudauit deũ Ob hoc vnus tortoꝝ gladio eum vulnerauit. et de eius ſacro

ſanguine copioſe fluente focus totus qui magn⁹ valde fuit extinctus eſt. Et a ſanctis circūſtātibꝫ viſa eſt eius aīa quaſi columba in celum deferri. Cumque etiā alij duodecim ex philadelphia venientes in pfata vrbe martyrio cōſumati ſunt.

¶ Sancti iohis criſoſtomi q̄ verbo ⁊ exēplo ꝓfuit fidei chriſtiane ⁊ multos libros ecclie valde vtiles ſcripſit. Decimo em̄ octauo āno etatis ſue deſeruit liberales artes feſtinabat attingere lectionē diuinoꝝ verboꝝ. Qui in paucis diebꝫ oēs dauiticos pſalmos cepit memoria. A libro etiā geneſeos inchoās prope cunctas ſacras ex ordine ſcripturas memoriter didicit. pdicabat vero ſanct⁹ pater Criſoſtom⁹ ꝑ omnē diem ea q̄ ad ſalutē aīe ꝑtinēt clero ⁊ pplo more ſcolaſtico q̄ ab infātia doct⁹ fuerat. Hic etiā multas pſecutōes ab impatore ſuſtinuit. qꝛ eius vicia publice repħēdit ꝓpter hoc ipa peſſima mulier ipm̄ mitti ī exiliū ꝓcurauit. Ubi cū plures libros zelo fidei xpiane dictādo ꝓpria manu ſcriberet dyabolus ſibi incauſtū auertit. Sꝫ ſanct⁹ Johes pennā ori ſuo intingēs aureas literas ſcripſit cū ſaliua oris ſui. vñ ex hoc nomē illud ē. Ipſe vero in cōfeſſione dñi ī exilio ē defunct⁹. Eodē die nobiliſſime paule ſanctiſſime romane cui⁹ vita extitit virtutibꝫ admirāda. De qua ſancta paula Hieronim⁹ ſcripſit dicēs. Si oīa mea mēbra in liguas verterēt ſācte paule laudes ad plenū exꝓmē nō poſſet. crisſ f xxvij

¶ Apud aqſgranū ſanctiſſimi karoli impatoris h̄ ꝓpter magnitudinē opeꝝ vocatus eſt magn⁹. Hic felix princeps paganoꝝ in hyſpania cū diuino adiutorio trecenta milia occidit q̄ mōtes trāſierāt pirenos. Itē ſaxones ad fidē coegit cū qbꝫ fere cōflixerat ānis triginta. qꝛ poſt federa pacis detenēda fide ſꝑ ad paganiſmi fomitū redierūt. Hunnos etiā fūditus deleuit qui valde eccleſiā vexauerūt. De quoꝝ ſpolijs copioſis totus ſuus exercit⁹ ditatus eſt. Cū vſqꝫ ad illud tempus eguerit reſpectiue. Cūcti etiā reges hūc dñm in ſuis eplis appellabant Itē ſoldan⁹ ſarracenoꝝ in tm̄ hūc pncipē dilectione pſeqbaꝫ so g xxviij

qui totũ oriẽtẽ poſſidebat ꝙ ſepulcrũ dñi ob eius amorem ⁊
reuerẽtiã reſignauit libere xpianis. q̃s etiã vbicũq ſub ſum-
mo imꝑio degebãt tenuit grõſe. Js etiã felix ⁊ potentiſſim⁹
ad terrã ſanctã cum exercitu trãſiuit ad cõſolationẽ fidelium
quibꝰ pacẽ vbiq ꝓcurauit ꝑ amicitias ſiue ꝑ bella. Cui exi-
ſtẽtibꝰ in ptibꝰ trãſmarinis ãgelus dñi carnẽ dñici circũciſio
nis ſibi obtulit quã ipe ꝓ maximo mũere ſuſcipiẽs aq̃ſgrani
cũ gaudio collauit. Jtẽ imꝑator grecorũ dedit ſibi de corona
dñi vnũ ramuſculũ qui tũc in ꝯſpectu duoꝝ imꝑatoꝝ ⁊ alioꝝ
plurimoꝝ floruit ⁊ frõdebat. Jtem dedit ei etiã camiſiã virgi-
nis glorioſe. Jtẽ de cruce dñi dedit ei ptem magnã. Quõ aũt
ſanctus egidius ꝓ occulto pcõ tanti ṗncipis rogauerit pau
cos latet. Hic fide xpiana ſtudioſiſſime ampliata. Anno dñi
octingẽteſimo q̃rtodecimo. Etatis vero ſuo anno lxxi. regni
aũt xlvij. ⁊ imperij xiiij. migrauit a ſeculo. Jtẽ in ciuitate ap-
polonia natale ſanctoꝝ martyrũ leutieij tyrſi ⁊ galenici. Qui
tempe decij diuerſis tormentoꝝ generibꝰ excruciati ṗmus et
vltimus abſciſione capitis medius celeſti voce euocatus ſpm̃
reddens martyriũ cõſumauit ⁊ in xpo quieuerũt.

va A xxix ¶ Sanctoꝝ papie et mauri militũ quoꝝ hora lauorict⁹ pfe-
ct⁹ ad ṗmã xpi ꝯfeſſionẽ lapidibꝰ ṗmo ꝯtundi fecit. et ſic eos
i carcerẽ trudi fecit. Scdo fuſtibꝰ cedi. Tercio plumbatis ce
di donec ſpm̃ reddiderint. Jtẽ valerian⁹. Jtẽ iulian⁹ cenoma
nẽſis eps fuit. Hic ſm̃ q̃sdã ſymõ ille leproſus fuiſſe dicit̃ quẽ
dñs a lep̃ curauit. ⁊ q̃ dñm ad ꝯuiuiũ inuitauit q̃ poſt aſcẽſio-
nem dñi ab aplis cenomanẽſis eps eſt ordinat⁹. Hic multis
glorioſis claruit ṽtutibꝰ ⁊ miraculis. Nã tres mortuos etiã
ſuſcitauit ⁊ poſtmodũ in pace quieuit. Jſte dicit̃ eſſe iulian⁹
q̃ a peregrinis ⁊ itinerãtibꝰ ꝓ inueniẽdo bono hoſpitio inuo-
catur eo ꝙ in domo eius deus fuerit hoſpitatus.

le b xxx ¶ Sancte aldegũdis virginis que ex regio genere orta xpm
ſibi in ſpõſum elegit quẽ etiã tm̃ dilexit ꝙ ſepe viſibilẽ angelũ

pro ſolacio vidit ⁊ ipe xps ei quoq3 apparuit. Ite apud antyo
chiã paſſio bti yppoliti martyris q̃ nouati ſciſmate aliqntulũ
deceptus opante gr̃a xpi correpꝰ ad charitatẽ eccleſie redijt
ꝓ qua ⁊ in qua illuſtre martyriũ cõſumauit.

Apud alexandriã beati metrani martyris quẽ nolentẽ im ri c xxxj
pia verba ꝓferre ad iuſſionẽ paganoꝝ om̃e corpus eius fuſti
bus colliſerũt. vultũq3 ⁊ oculos acutis calamis terebrãtes ſeu
cõpungẽtes extra vrbem cum cruciatibꝫ expulerũt ipmq3 ibi
lapidauerũt. ⁊ ſic ſpiritum emiſit.

Februarius

Natalis ſancti Ignacij epi ⁊ martyris qui fuit diſci- bri d xxxij
pulus Johis euangeliſte qui terciꝰ poſt btm petrũ
apl̃m anthyocenã rexit eccl'iam. Hic a pſecutione trayani im-
peratoris romã vinctꝰ mittit̃ vbi trayano p̃nte ⁊ circũſedente
ſenatu imaniſſimis penarũ ſupplicijs affectꝰ. Primo iuſſit ty
rãnus plumbatis ſcapulas eius tundi. Scd̃o vngulis latera
eius laniari. Tercio duris lapidibꝫ eius vulnera confricari.
Quarto eũ fecit ſup carbones viuos eũ ambulare. Quinto
dorſum eius vngulis laniari. Sexto vulnera eius ſale pfundi
Septimo leonibꝫ obijcit̃ ⁊ eoꝝ dentibꝫ ſuffocatus hoſtia xpi
efficitur. Eius aũt tranſlatio celebrat̃ xvj. kl'. ianuarij vt pate
bit infra. Item apud ſcociam natale ſancte brigide v̾ginis q̃
cũ eſſet nobilis genere ⁊ religione ⁊ vidiſſet ſibi tempꝰ inſta-
re deſpõſationis rogauit dñm vt imitteret ſibi aliquã deformi
tatem vt tali modo euaderet eoꝝ inſtantiã. Tunc vnꝰ oculus
eis liquefactꝰ eſt. accepto g̃ ſacro velamine brigida in opido
modi cũ alijs virginibꝫ extitit. hec inter cetera miracula man
cũ quendã ſanauit. leproſo cuidã vaccã ſanauit. Cuidã puel
le lac petenti aquã tribuit. que in lac cõuerſa eſt. quo hauſto
puella ab infirmitate curata ẽ. Plures leproſos mũdauit du
os cecos illuminauit. lignũ aridũ in ſue manꝰ virginitate te-
tigit qd̃ mox viruit ⁊ vſq3 nũc virẽs pmãſit. ⁊ morbos ex ho-

minibꝫ expellit. Quadā etiam die meſſores habuit quos plu
uia nunꝙ̄ tetigit. cum tñ tota die plueret. Quodā tempe ſan
cta brigida ⁊ daria colloquentes adinuicē de xp̄o. xp̄s appa
ruit eis nil tenebroſum habens. Dixit ḡ daria ad brigidam.
bñdic oculos meos vt mundū conſpiciā. erat eñ ceca bñdixit
ergo oculos ei⁹ ⁊ apti ſunt. Dixit iterū daria. Reclude ocu
los meos. qꝛ quāto q̇s mūdo abſentior fuerit tanto p̄ſentior
deo erit. que iterū clauſit oculos eius. Poſt hec et multa alia
migrauit ad chriſtum.

pur c xxxiij

Purificatio beate marie virginis q̄dragesima die
poſt natiuitatē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i facta eſt. Cōſueuit
aūt eccleſia iſtud feſtū tribus noībꝫ appellare. vi
delicet purificationē ypopanthi ⁊ cādelariā. Pu
rificatio aūt dicit̄ ex eo ꝙ quadrageſima die a natiuitate dn̄i
beata maria virgo ad templum venit. vt ſecundū legis cōſue
tudinē mundaret̄. cum tñ ſub illa lege nō teneret̄. Precepat
eñ lex leuitici. xij. ꝙ mulier que ſuſcepto ſemine filium pepe
riſſet imūda eſſet ſeptē diebꝫ ſcꝫ a cōſortio hoīm. ⁊ ab ingreſ
ſu templi. Sed cōpletis ſeptem diebꝫ mūda quidē efficiebat̄
ad conſortiū hominū. ſed adhuc vſqꝫ triceſimā terciā diē im
mūda erat quo ad ingreſſum tēpli. Tandē ꝯpletis q̄dragita
diebꝫ q̄drageſima die templū intrabat. et puerū cū muneribꝫ
offerebat. Si vero feminā pepiſſet duplicabant̄ dies quo ad
cōſortiū hominū et quo ad ingreſſum templi. Dicit̄ ſcd̄o hoc
feſtum ypopanti ꝙ idē eſt ꝙ p̄ntatio ex eo ꝙ xp̄s in templum
eſt p̄ntatus. vel ypopanti idē eſt ꝙ obuiatio. quia ſymeon et
anna obuiauerūt dn̄o cū offeret̄ in templo. Tūc aūt accepit
eū Symon in brachia ſua clamās ⁊ dicēs. Nūc dimittis ſer
uum tuū dn̄e ⁊c. Dicit̄ tercio hoc feſtū cādelaria ex eo ꝙ can
dele incenſe in manibꝫ portant̄. Portant̄ autem candele ho
die in manibꝫ q̄ttuor de cauſis. Primo ꝓpter remouendū er

ronea̅ ꝯſuetudine̅. Olim em̅ romani. iiij. kl' februarij ad ho-
norem febrne m̅ris martis qui erat deus belli vrbe̅ de q̄nto in
q̄ntu̅ annu̅ cu̅ cereis ⁊ facib⁹ tota nocte illuſtrabāt. vt filius
ſuus eis victoria̅ de inimicis tribueret. cui⁹ m̅rem tam ſolen-
niter venerare̅t ⁊ adorare̅t. Et qm̅ difficile eſt ꝯſueta relinq̄re
Ideo ſergius papa hanc ꝯſuetudine̅ in melius co̅mutauit. vt
ſcȝ xp̄iani de gentib⁹ ad fidem conuerſi ad honore̅ matris dn̄i
nr̄i ihu xp̄i. om̄i anno in hac die totu̅ mundu̅ cum accenſis et
bn̄dictis cereis illuſtrarent. ⁊ ita ſole̅nitas ita ſtaret. ſed alia
intentione fieret. Scd̄o ꝓpter oñdenda̅ virginis glorioſe pu-
ritate̅. Quida̅ em̅ audie̅tes virgine̅ purificata̅ poſſent crede-
re ip̄am purificatione̅ indiguiſſe. Ut ergo oñdat̄ ꝙ tota fue
rit puriſſima ⁊ ſple̅dida. ideo ordinauit eccleſia vt luminoſos
cereos hodie in manib⁹ portem⁹. ac ſi ip̄o facto diceret eccle
ſia. Uirgo beata purificatōe nō indiges. ſed tota rutilas. to-
ta ſplendes iuxta illud can. Tota pulcra es. Tercio ꝓpter re
preſentanda̅ hodierna̅ ꝓceſſione̅. Nam maria ⁊ Joſeph et
ſymeō ⁊ āna hodie venerabile̅ ꝓceſſione̅ fecer̄t. ⁊ pueru̅ ihm
i̅ templu̅ p̄ntauerūt. Sic et nos ꝓceſſione̅ facim⁹ ⁊ cereu̅ ac-
ce̅ſum ꝑ que̅ ſignat̄ ih̄s in manib⁹ baiolam⁹. ⁊ vſq̄ in eccl'iam
deferimus. Tria em̄ ſunt in cereo. ſcȝ cera lichgnus ⁊ ignis. ⁊
ꝑ hec ſignant̄ tria q̄ erāt in xp̄o. Nam cera ſignat carne̅ xp̄i.
que nata eſt de virgine ſine corrupcōe. ſicut apes ceram gign
nūt ſine alterutru̅ ꝯmixtione. lichn⁹ in cera late̅s ſignat aīam
xp̄i cādidiſſima̅ in carne latente̅. Ignis aūt ſiue lume̅ ſignat
diuinitate̅. q2 deus noſter ignis ꝯſume̅s eſt vt dicit apoſtolus
Quarto ꝓpter nr̄am inſtructione̅. In h̄ em̄ inſtruimur ꝙ ſi
volum⁹ eſſe añ deum purificati ⁊ mūdi. tria in nobis h̄re debe
mus ſcȝ fide̅ vera̅. actione̅ bona̅ ⁊ intentione̅ recta̅. Nā can-
dela i manu accēſa eſt fides cu̅ opatōe. ⁊ ſicut cādela ſine lumi
ne dicit̄ eſſe mortua. et lume̅ ꝑ ſe ſine candela nō lucet ſȝ mor-

tuū eſſe videt̄.ſic ꝛ opatio ſine fide ꝛ fides ſine bono ope mor-
tua eſt.lichn⁹ aūt intus in cera ocultatus eſt intētio recta.vñ
grego. Sic ſit op⁹ in publico vt tñ intētio maneat in oculto.
bla f xxxiiij Blaſius cū oīm māſuetudine ꝛ ſanctitate polleret xp̄iani
eū in ſebaſte ciuitate capadocie in ep̄m eligerēt. Qui ep̄atu
ſuſcepto ob dyoclecianā pſecutionē ſpeluncā pecijt. ꝛ ibi he-
remiticā vitā cū multis xp̄ianis duxit. Agricolans aūt preſes
regionis illi⁹ audita fama eius iuſſit eū adduci ad ſe. et dicit
ei ſalue Blaſi amice deoꝝ. Blaſi⁹ rñdit ꝛ tu ſalue preſes ſꝫ
nō me dicas amicū deoꝝ q̄ demōes ſūt.ſꝫ ſuū dñi mei ihu xp̄i.
Tūc p̄ſes.iuſſit eū fuſtibꝯ cedi ceſumqꝫ i carcerē trudi.poſtea
de carcere educit̄ ꝛ in ligno ſuſpendit̄.ꝛ a ferreis pectinibꝯ di
lacerat̄ ꝛ iterū carcere includit̄ Poſtera autē die educit̄ ꝛ in
lacū mittit̄.aqua vero ſuſtinuit eum q̄ſi ſolida terra.ſꝫ ipē ſe-
dens in medio laci dixit miſtris.Oñdite deoꝝ vr̄oꝝ auctorita
tem huc eūdo. Tūc lxv.viri in noīe eoꝝ intrātes ſubito ſunt
ſubmerſi.Angelus aūt dñi venit ad ſanctū blaſium dicēs ei.
Exi ad terrā deo chare.ꝛ ſuſcipe coronā.poſt h̄ duct⁹ eſt ex-
tra ciuitatē.et decolat⁹ eſt cum duobꝯ pueris in die febꝛuarij
circa ānos dñi cc.lxxxvij. Nouiſſime vero ſeptē mulieres gut
tas ſanguinis eius colligentes dep̄henſe ſunt vt xp̄iane ꝛ poſt
dyra toꝛmēta gladio pcuſſe ſunt. Item vnicū filiū cuiuſdam
mulieris curauerat adhuc viuus.cui⁹ os i faucibꝯ adheſerat
Itē lupū coegerat oꝛone vt cuidā paupcule mulieri reddidit
poꝛcū ſuū quē vnicū habebat quē ipa mactabat ꝛ caput cum
pedibꝯ bñ coctū ſancto blaſio adcomedendū in carcerē tulit.
ſus g xxxv Rome ſanctoꝝ martyrū aquilini gemini magni ꝛ donati
qui ꝑ xp̄o paſſi pariter ꝑ ipo meruerūt in celeſtibꝯ coronari
Itē in ciuitate egypti q̄ appellat̄ tymn⁹ paſſio beati filee ep̄i
cum quo etiā innumera multitudo fideliū ex eadē vrbe paſto
ris ſui ſequēns exemplū martyrio coꝛonata eſt.ſicut octauus
liber eccleſiaſtice hyſtoꝛie loquitur.

Apud ſiciliā ciuitatē cathenēſiū natale ſancte agathe vir | ag A xxxvj
ginis ⁊ martyris Hec cum eſſet in genua ⁊ mente ⁊ corpore
pulcerrima tpe decij impatoris deū ſemp in omni ſctītate cole
bat quā qncian⁹ pcōſul ſicilie ad culturā ydoloꝝ minis ⁊ ter
roribꝫ hortat. ſʒ cum dijs ſacrificare nollet iuſſit eam alapis
cedi ⁊ in carcerē retrudi. Sequēti die dixit ei qncian⁹ abnega
chriſtū et adora deos que cū renuiſſet iuſſit eam ineculeo ſu
ſpendi et torqueri. Cumqʒ dixiſſet beata agatha In hys pe
nis delector ſicut q bonū nunctiū audit. Iratus quincianus
iuſſit eius mamillas diucius torqueri ⁊ tortas abſcidi Cui a
gatha Ego habeo mamillas integras in aīa exquibꝫ nutrio
omnes ſenſus meos. Tunc iuſſit eam iteꝝ in carcerem recipi
phibens ingreſſum medicoꝝ et panē vel aquā ab aliquo ſibi
miniſtrari. Et ecce circa mediam noctem beat⁹ petrus appo
ſtolus quem pceſſit puer luminis portitor ad eam venit ⁊ ip
ſam in momēto ſanauit. In mēſum eciā lumen celit⁹ miſſum
totum carcerē illuſtrauit vt agatha fugā facere potuiſſet ſi vo
luiſſet. Poſt quattuor autē dies dixit ei iteꝝ qncian⁹ ꝙ deos
adoraret ꝙ cū agatha renueret dicēs ꝙ diu vixero xp̄m cor
de ⁊ labys inuocabo Tūc qncianus iuſſit teſtas acutiſſimas
ſpargi et ſub teſtas carbones ignitos ſubmitti et ipſam nudo
corpore volutari qđ cū fieret terremotus factꝰ eſt magn⁹ ita
ꝙ paries dom⁹ iudiciarie cecidit ⁊ duos ꝯſiliarios qnciani ſcʒ
ſilnanū ⁊ fulconū qui hec tormēta cōſuluerūt oppreſſit. Qui
cian⁹ vero timēs furore ppl'i ipſam iteꝝ in carcerē mitti iuſſit
Ipā autē expaſſis manibꝫ orauit ad dn̄m dicens. Dn̄e ieſu
chriſte q me creaſti et ab infancia cuſtodiſti q corpus meum a
pollucōe ſuaſti et tormēta me vincere feciſti accipe ſpiritū me
um et iube me ad tuam miaʒ pūenire. Hoc cum dixiſſet voce
magna emiſit ſpm̄. Anno dn̄i cc. liij. ſub decio impatore.

Sancte dorothee v̄ginis. hec deo oībꝫ diebꝫ in caſtitate et | dor b xxxvij
ſobrietate ⁊ puritate ſedulum exhibebat officiū. Erat aūt ita

prudentiſſima vt vix eã pauci poſſint ĩmitari viri. Om̃es vero
qui eam noſcere poterãt magnificabãt nomẽ dñi nr̃i ihũ xp̃i.
qui talẽ haberet famulã cuiꝰ aſpectus gratus ⁊ vita ⁊ ſapien
tia incompabilis erat ⁊ ĩmaculata virginitas. Hec paſſa eſt
in prouincia capadocie ciuitate ceſaria ſub fabritio p̃ſide. qui
p̃mo fecit eã in cathaſta ſuſpẽdi ⁊ cruciari. ⁊ poſtea duabꝫ ſo
roribꝫ ſuis q̃ a fide xp̃i ꝑ tormẽta fugate fuerãt dorotheã ꝯmi
ſit vt ſimilit̃ eam apoſtatare facerẽt. Sed ecõuerſo accidit ꝙ
conuerſe ſunt ad fidẽ. vñ p̃ſes veſtes ſcidit ex ira ⁊ duas ſoro-
res cernente ſancta virgine dorothea ⁊ eas ꝯfortans in cam
po dorſum ad dorſum ligata excuſſit ⁊ cõbuſſit vñ ſancta doro
thea ſecũdario in cathaſta leuat̃ ⁊ cruciat̃ ⁊ lãpades ardẽtes
ad latera ipſius ponunt̃. Tercio deponit̃ et palmis facies eiꝰ
ceditur. Quarto capite truncatur.

fe c xxxviij ¶ Sancti richardi regis patris ſanctoꝝ willebaldi ⁊ wune
baldi ⁊ walpurge virginis. que om̃ia q̃ habuit ꝓpter xp̃m di-
miſit. ⁊ longiſſimã ꝑegrinationẽ ſumpſit ⁊ tandẽ felicit̃ obijt.
Item natale moyſetis ep̃i. hic p̃mo in heremo vitã ſolitariã
ducẽs ſignis ⁊ virtutibꝫ magnifice ĩnotuerat. Poſt vero gen
tem ſarracenoꝝ cui ep̃s fuerat factus ad fidem xp̃i cõuertit.
ſicqꝫ glorioſis meritis quieuit in pace.

bru d xxxix ¶ Sancti ſyri ep̃i q̃ apud papiã vrbẽ miſſam corã multis di
ſcipulis ⁊ hom̃ibꝫ q̃s iam cõuertebat celebrantẽ hoc factũ eſt
miraculũ. Iudeꝰ quidã cũ b̃ts ſyrus corpꝰ xp̃i daret xp̃ianis
cũ alijs acceſſit ⁊ ille iudeꝰ. ⁊ vt illud in lutũ ꝓijceret ore ma-
ledicto oculte ſũpſit. Corpꝰ aũt xp̃i q̃ſi ferrũ candẽs eũ in ore
ꝯbuſſit. ⁊ ipſe h̃ns os aptũ claudẽ non potuit. nec corpus xp̃i
eijcere valuit. ſꝫ q̃ſi inſanꝰ durit̃ clamauit. Tũc a pp̃lo tenet̃.
iudeus eſſe noſcit̃ ꝑ ſc̃m ſyrũ ep̃m corpꝰ xp̃i de ore eiꝰ polluto
tollit̃. Iudeꝰ dolens pc̃tm ſuum ꝯfitet̃ ⁊ i xp̃m firmiter credẽs
baptizat̃. ⁊ ꝓpterea m̃lti iudeoꝝ baptiſmũ ſuſceperũt. Itẽ apud
alexãdriã natale ſc̃te Coyntix ṽginis ⁊ martyris hãc pagani

correptā ad ydola poducentes adorare cogebant. qd cum illa
renueret vincula pedibꝫ eius innectētes ⁊ p plateas toti⁹ ci-
uitatis trahētes horrendo ſuplicio diſcerpſerūt.

¶ Apud alexandriā natale ſancte appolonie virginis ⁊ mar- ap e xl
tyris. cui tortores pmo oēs dētes excuſſerūt. deinde cū mina
rent̄ viuā ſe eā incēſurā niſi cū eis impia verba pferret. parū
deliberās repēte de manibꝫ eoꝝ prūpens in ignē quē paraue
runt moꝝ ſaltauit. ⁊ aīam deo obtulit ſacrificiū illibatum.

¶ Apud caſtrū caſſinū in mōte caſſino natale ſancte ſcolaſti sco f xlj
ce virginis ſororis ſancti bn̄dicti. q̄ quodā die cū pdictus fra
ter ſuus. ex more ad eam veniſſet ex monaſteriū ⁊ moꝝ redire
vellet orone ſua cū eſſet temp⁹ ſerenū pluuiā imenſam a deo
obtinuit ita vt oporteret ipm cum ea in dei laudibꝫ pmanere
Poſt terciū aūt diē aīam de corpe egreſſam ſanct⁹ bn̄dict⁹ in
cella ſua cōſiſtēs vidit in colūbe ſpecie celi ſecreta penetrare.
Qui tāte ei⁹ glīe congaudēs deo grās reddidit. eiuſqꝫ obitum
frībꝫ denūciauit qs etiā ptin⁹ miſit vt corp⁹ eius ad mōſteriū
ferrēt. ⁊ ſepulcro qd ſibi pparauerat collocarēt. vt quoꝝ mēs
vna ſemp in deo fuerat. eoꝝ q̄ꝫ corpa ſepultura nō ſeperaret.

¶ Apud alexandriā depoſitio eufraſie v̄ginis q̄ in mōſterio. las g xlij
ſicut liber q̄ de eius vita ſcript⁹ eſt docet mira abſtinētia v̄tute
⁊ miracul' clariſſime cognoſcit̄. Itē ſcti deſiderij lugdūn epi.

¶ Sancte eulalie v̄ginis q̄ fuit nobiliſſima. ⁊ ab infātia ſoli ti A xliij
deo vacabat. Hec daciano ſedēti p tribunali vltro ſe obtulit
⁊ diuerſimode de ſua ſeueritate arguit. Qui primo eā g̃uiter
cedi iuſſit. Scdo eā eculeo ſuſpēſam exungulari. Tercio fa-
ces ardētes applicari donec paulatim cōbureret̄ ſiue cōſumeret̄
Sed ea orante flama in tortores verſa eſt. qui corruentes in
terrā volutabant̄. ipa aūt orās emiſit ſpm̄ in ſpecie colūbe vi-
dentibꝫ ppl'is ⁊ dicētibꝫ. glīa tibi dn̄e. Item in alexandria na
tale ſanctoꝝ martyrū machari rufini ⁊ iuſti.

¶ Sancti caſtoris quia nobilibꝫ ⁊ religioſis parentibus in ca b xliiij

omni diſciplina nutritus eſt. Tandē maximiano ep̄o treuerē
ſi cōiunct⁹ eſt. qui eum dyaconū fecit. Tandē etiā ſacerdocio
ſuſcepto heremū intrauit. et ibidem plures deuoti ſibi ſociati
ſunt. qui cū vna die a mercatoꝛib⁹ nauē plenā habētib⁹ modi
cum ſalis petiuit. qđ negatū eſt ei ob hoc nauis in ꝓfundum
merſa eſt. Vn̄ mercatores ꝯpuncti de imiſcđia ſua doluerunt.
Sed ſancto caſtoꝛe ꝓ eis rogante nauis ſurſum ſe leuauit.
Itē apud antyochiā natale ſancti agabi ꝓphete de quo bea-
tus lucas in actib⁹ apl̄oꝝ ſcribit.

va c xlv ¶ Rome natale ſancti valētini ep̄i ⁊ martyris. qui poſt mul
ta ſanitatū ⁊ doctrine inſignia fuſtib⁹ ceſus eſt ⁊ poſtea decol
latus ſub claudio imꝑatoꝛe. Itē in ciuitate teramnis natale
beati valentini ep̄i ⁊ martyris. qui poſt diuturnā cedē cuſto-
die mācipat⁹ cū ſuꝑari nō poſſet medio noctis ſilētio eiectus
de carcere decollatus eſt. Venerūt ḡ ꝓculus ephibus ⁊ appo
lonius. ⁊ coꝛp⁹ valētini i vꝛbē teramnē ferētes tp̄e nocturno
ſepelierūt. ⁊ ip̄i etiā tēti a gētib⁹ capite trūcati ſūt ꝓ fide xp̄i.

lent d xlvj ¶ Rome ſancti cratonis oꝛatoꝛis maximi quē cōuertit ſan-
ctus valerinus. Item in gallijs ciuitate vaſionēſi natale ſan-
cti quintiꝫ ep̄i. cuius moꝛte in cōſpectu dn̄i p̄cioſam miracu
la crebꝛa teſtantur.

Iu e xlvij ¶ In ciuitate cunis natale Iuliane v̄ginis ⁊ martyris tp̄e
maximiani imꝑatoꝛis. Hanc iulianā nobiliſſimā pater ſuus
cuidam ſenatoꝛi eleuſio deſpōſauit. Ip̄a aūt ſe deo vero dn̄o
nr̄o ih̄u xp̄o vouit eccleſias frequētare. et ſacras ſepulturas
inueſtigare nō ceſſauit. Cūqꝫ eleuſi⁹ nupcias celebꝛare vellet
Beata iuliana dixit. Si credis in patrē et filiū ⁊ ſp̄m ſanctuꝫ
faciā qđ volueris q̄ ſi nō elige tibi aliā vxoꝛē. Eleuſius dixit
patri iuliane qui iuſſit eam expoliari ⁊ virgis cedi. poſtea tra
didit eam ſponſo ſuo qui eius ꝯſtantiā vidēs iratus iuſſit eā
a ſex militib⁹ viciſſim virgis cedi ⁊ capillis in eculeo ſuſpēdi
vbi ꝑ ſex hoꝛas deum laudauit. Deiñ ere liquefacto q̄ſi aqua

perfundi. ipa aūt manſit illeſa. poſtea ferro ligat̄ ⁊ in carcerē
mittit̄. Ubi dyabol⁹ in ſpecie angeli apparuit ei orāti dicēs.
O iuliana maxima tormēta parat tibi ꝑfect⁹ ſacrifica diis vt
nō male moriaris. Sancta vͦo cognoſcēs eū eſſe dyabolum
ligauit ei manus poſt tergū ⁊ ꝓiecit eū ſup terram. ⁊ de parte
catene qua ipa vincta erat ꝑcuſſit eum. Orto aūt mane Julia
na de carcere educit̄ ⁊ ſup rotā ferreā accutiſſimis gladiis ple
nam ponit̄ octo militibꝫ rotā trahētibꝫ iuliana ſic frangebat̄
vt medulla de oſſibꝫ eius vbiqꝫ emanaret. Juliana orās pro
aſtantibꝫ angelus dn̄i rotā cōminuit. eamqꝫ in momēto ſana
uit. ⁊ tortores conuerſi ſunt cū multis aliis qui mox decollati
ſunt. i20. Poſtea miſſa eſt in fornacē candentē vbi angel⁹ dn̄i
venit ⁊ ignē ab ea diuiſit. et ſic illeſa ꝑmanſit. Tūc poſita eſt
in ollam plumbi feruētis. cui⁹ ardorē minime ſenſit. gutte ve-
ro exilientes de circūſtantibꝫ lxxij. viros occiderūt. Hoc au-
diens tyrānus irat⁹ ſcidit veſtimēta ſua vituꝑanſqꝫ deos ſuos
iuſſit eā decollari. Ipa aūt orōne facta gladio ꝑcuſſa eſt. ⁊ in
paciētia aiaꝫ deo reddidit. Eleuſi⁹ aūt nauigās ſubmerſus ē.

¶ Jn perſida ſancti politronij epi ⁊ martyris qui ꝑſente de- li f xlviij
cio imꝑtore ore lapidibꝫ ceſo manibꝫ extenſis oculis ad celū
eleuatis emiſit ſpiritum.

¶ Hieroſolimis ſancti ſymonis natale epi et martyris qui cō g xlix
ꝓpinquus ſecundū carnē ſaluatoris dinoſcit̄ ac fili⁹ cleophe
qui cleophas fuit frater ioſeph nutricij ſaluatoris Hic hiero
ſolimoꝝ eps poſt iacobū fratrē dn̄i ordinat⁹ a tyrāno multis
ſupplicijs eſt affectus. Tandē crucifixus eſt oibꝫ qui aderant
etiam ipo iudice mirantibꝫ vt centū viginti annoꝝ ſenex cru-
cis ſupplicium ꝑtuliſſet.

¶ Rome ſancti gabini pſbiteri ⁊ martyris. Cui⁹ etiam ga- iun A l
bini frater fuit gayus ſanctiſſim⁹. qui ſanctus gabinus clar⁹
fuit valde genere a dyocleciano diu in cuſtodia macerat⁹ ⁊ in
vinculis afflict⁹. ꝑcioſa morte celi gaudia intrauit.

ge b lj ¶ Apud tyrū ciuitatē natale beatoꝝ martyrū quoꝝ numeꝝ
ſolius dei ſciētia colligit qui iubente dyocleciano multis toꝛ
mentoꝝ ſupplicijs ſibi inuicē ſuccedētibꝫ occiſi ſunt. Primo
quidē flagris ꝑ oīe coꝛpꝰ dilaniati. Scdo aliq̇ diuerſis be-
ſtiarum gener.bꝫ traditi.ſed ab hijs diuina virtute cuſtoditi.
Tercio aliq̇ ꝑ ignē ⁊ ferrū martyriū ſuum ꝯſumpſerūt. Voꝝ
glorioſam multitudinē imitabatᷣ ad victoriā tyranno et ſilua
nus ſed ⁊ peleus atq̨ linus epi. zenolonꝰ q̄ꝫ ꝑ ſbiter qui feli
ci agone vna cum eis felici martyrio acceptus eſt.

tunc c lij ¶ Apud ſiciliā natale ſanctoꝝ martyrū ſeptuaginta nouem
qui ſub dyocleciano ꝑ diuerſa toꝛmenta cōfeſſionis ſue coro-
nam a xp̄o ſibi paratā ꝑcipere meruerūt.

pe d liij Cathedra ſancti petri apl'i ab eccleſia feſtiue recolitᷣ.
quia tunc beatꝰ petrus apl'us apud antyochiā in ca
thedrali honoꝛe ſublimatꝰ fuiſſe ꝓhibetur.vbi p̊ma꜍
miſſam publice celebrauit dicendo ſolūmodo pater noſter.hu
ius aūt ſolēnitatis inſtitutio q̄druplicē cauſam habere videᷣ
Prima cauſa eſt hec. Cum beatus petrꝰ antyochie p̄dicaret
theophilus p̊nceps ciuitatis illius dixit ei. Petre qua rōne
ppl'um meū ſubuertis. Cum ergo beatus petrus ſibi fidē xp̄i
p̄dicaret ille eū vinculari fecit ⁊ ſine cibo ⁊ potu manere ꝯmi
ſit. Sed cū iam petrus pene deficeret reſumptis tn̄ viribꝫ ele-
uans oculos in celū ait. Jhu miſeroꝝ adiutoꝛ adiuua me in
hys tribulatōibꝫ deficientē. Cui dn̄s. petre non credas me a
te derelictū.p̄ſto ē q̇ tue ſubueniat miſerie. Audiēs aūt paulus
incarceratione petri venit ad theophilū.⁊ eiꝰ familie ſe aſſo-
ciauit.ac ſe in multis artibꝫ ſūmū opificē aſſeruit. Euolutis
aūt paucis diebꝫ ad petrū i carcerē clam venit ⁊ os eiꝰ apiens
ip̄m reuocillauit. Paulus reuerſus ad theophilū ip̄m de car-
ceratione petri arguit. Theophilꝰ vero dixit. Si petrꝰ filiū
meū iam ꝑ xiiij.ānos moꝛtuū reſuſcitat incolumē reddā petꝝ
⁊ liberū abire ꝑmittā. Jngrediēs aūt paulus ad petrū dixit.

quod reſuſcitationē filij pncipis ſpopondiſſet. Cui petrus dixit.
Rem grandē ꝓmiſiſti. ſed dñi virtute facilimā. Pz cū petrus
eductꝰ de carcere monumēto apto ꝑ eo oraſſet ꝯtinuo ſurre
xit iuuenis. Tūc theophilus ⁊ vniuerſus pplꝰs antiochye et
alij quā plures dño crediderūt et gl'ioſam eccleſiā fabricaue-
rūt. In cuiꝰ medio excelſam cathedrā collocauerūt et petrū
vt ab oibꝫ videri ⁊ exaudiri poſſet exaltauerūt. in quo ſeptem
annis ſedit. ſed poſtmodū romā veniens et in cathedra ſedit.
xxv. annis de pmo tñ honore eccl'ia celebrat qꝛ tūc pmo plati
ceperūt eccleſie loco poteſtate ⁊ noīe ſublimari. Tunc ergo
impletū eſt illud qđ dicit̄ in pſalmo. Exaltēt eū in eccl'ia ple-
bis ⁊ in cathedra ſenioꝝ. Scđa cauſa eſt hec. Cū eīn petrus
pdicans verbum dñi antyochiā appropinqret oēs de ciuitate
illa ei obuiauerūt pedibꝫ nudis cilicijs induti ⁊ capitibꝫ ci-
nere aſperſis agētes penitentiā ꝙ cōtra eū cū ſymone mago
cōſenſiſſēt. Petrꝰ vero pniam videns. grās deo egit. cūqꝫ mul
tos infirmos curaſſet ꝯtinuo ſanati currētes ⁊ oſculātes ve-
ſtigia ſancti petri. Tunc petrꝰ infra vij. dies. x. milia hominū
baptizauit. Theophilus pnceps ciuitatis illius domū ſuam
in baſilicā ꝯſecrari fecit. ⁊ excelſam cathedrā ibidē beato pe
tro poſuit ⁊ ipm deſup ſedere fecit. vt ab oībꝫ poſſit videri ⁊
audiri. Tercia cauſa hec eſt. Solet eīn hoc feſtū ab aliquibꝫ
appellari feſtū epularū beati petri. conſuetudo eīn fuit antiq-
tus gentiliū. vt ait magiſter iohānes Beleth ſingulis annis
in menſe februarij certa die epulas afferre ſup tumulos parē-
tum ſuoꝝ. et eas de nocte demones conſumebāt. Ipi autē ab
animabꝫ circa tumulos errantes vaſtari putabant. Hec aūt
conſuetudo de ipis epulis vix a xpianis potuit extirpari. Qđ
ſancti patres attendētes ⁊ penitus hoc extyrpare volētes fe-
ſtum de incathedratione beati petri tum de illa que fuit rome
tum de illa que fuit antyochie ſtatuerūt illo ſcꝫ eodē die quo
talia fiebāt. vñ ab illis epulis adhuc ab aliqbꝫ feſtū be. petri

epl'arũ vocatũ eſt. Quarta cauſa eſt. ꝓpter coronã clericalẽ. Notandum eñ qꝛ iuxta traditionẽ aliquoꝝ corona clericoꝝ hoc ſumpſit exordiũ. nam dum petr⁹ antiochie p̃dicaret ⁊ cõtumeliã nõis xp̃i ſũmitatẽ eius capitis abraſerũt. qd̃ quidem poſtmodũ toti clero tradit̃ in honorẽ qd̃ ꝓ xp̃o apl'orũ p̃ncipi in cõtumeliã fuerat irrogatũ. Circa coronã clericalẽ tria attendunt̃ ſcꝫ capitis abraſio. capilloꝝ detrũcatio. ⁊ forme circulatio. Ad capitis raſionẽ tria ſequunt̃ ſcꝫ mũdicie cõſeruatio deformatio et denudatio. hoc eñ ſignat. qꝛ clerici dñt hr̃e mundiciã mẽtis interi⁹ ⁊ nõ formabilẽ. id eſt nõ exquiſitum habitũ exteri⁹. Denudatio ſignat ꝙ inter ſe ⁊ deũ nihil debet eſſe mediũ. Capilloꝝ detrũcatio fit vt ex h̓ det̃ intelligi ꝙ clerici oẽs cogitatões ſupfluas a mẽte ſua dñt abſcindere. fit ⁊ circularis figura. ⁊ hoc multiplici rõne. Primo qꝛ hec figura nõ hꝫ p̃ncipiũ nec finẽ. ꝑ qd̃ dat̃ intelligi ꝙ clerici ſunt miniſtri dei q̃ nec habet p̃ncipiũ neqꝫ finẽ. Secd̃o qꝛ hec figura nullũ habet angulũ. ⁊ ſignat ꝙ clerici nõ debẽt habere ſordes in vita. quia vbi angulus ibi ſordes ſicut dicit bernard⁹. Tercio qꝛ hec figura eſt oĩm figurarũ pulcerrima. vnde de⁹ in hac celeſtes fecit creaturas. ⁊ ſignat ꝙ clerici pulcritudinẽ debẽt habere interi⁹ in mẽte exteri⁹ cõuerſatione. Quarto qñ hec figura eſt oĩm figurarũ ſimpliciſſima. nulla eñ figura. vt dicit augu. ex vna linea conſiſtit. ſola circularis figura eſt q̃ vna tm̃ linea claudit̃. ꝑ qd̃ ſignat ꝙ clerici dñt habere ſiplicitatẽ columbarũ. Iuxta illud ⁊ ſimplices ſicut columbe.

trũ e liiij — Apud Syrmiũ natale ſancti ſynerij monachi ep̃i et martyris. qui iubẽte maximiano imꝑatore tent⁹ cũ ſe xp̃ianũ eſſe cõfiteret̃ capite ceſus eſt. ⁊ ſic migrauit ad xp̃m.

mat f lv — Mathias apl'us q̃ fuit de tribu iuda de qua tribu iuda xp̃s nat⁹ eſt nobilis a parẽtibꝫ ⁊ ĩ lege dei doctiſſim⁹ vñ dñs cũ vnũ de lxxij. diſcipulis fecit. ⁊ aplm in locũ

eīn iude traditoris ſubſtitut⁹ eſt. Cum eīn inter aſcenſionem ⁊ penthecoſten apl'i in cenaculo ſimul eſſent videns petr⁹ ꝙ numer⁹ xij. aploꝝ minut⁹ eſſet. quos tñ dñs in h̄ numero elegerat vt fidē trinitatis in q̄ttuor mūdi ptib⁹ p̄dicarēt. ſurrexit ī medio fratrū ⁊ dixit viri fr̄es. oportet vt aliquē loco iude ſubſtituam⁹ qui teſtet̄ nobiſcū reſurrectionē xp̄i. qꝛ dñs dixit. Eritis michi teſtes in hirl'm ⁊ in omni iuda et ſamaria ⁊ vſqꝫ ad vltimū terre. et ſtatuerūt duos de lxx. diſcipulis ſcꝫ ioſeph qui cognominat⁹ eſt iuſtus ꝓ ſanctitate ſua. qui fuit frater iacobi alphei. et mathiā de cuius laude ſubticet̄. qꝛ ſufficit ei ꝓ laude ꝙ in aplm eſt elect⁹. et orātes dixerūt. Tu dñe qui noſti corda hoīm. oñde quē elegeris ex hijs duob⁹ vnū accipe locū miſterij hui⁹ ⁊ aplatus quē iudas amiſit. ⁊ datis illis ſortib⁹ cecidit ſors ſup matthiā ⁊ ānumerat⁹ ē cū xj. aplis. Hec ſors ſcd̄m dyoniſiū fuit q̄dam ſplēdor ⁊ radius diuinit⁹ ſuper matthiā miſſus. p quē ipē oſtendebat̄ in aplm eligend⁹ ⁊ aſſumendus. Hic ergo mathias apl's Iudeā in ſortē accepit. ⁊ predicatione ibidē inſiſtens ⁊ multa miracula faciēs in pace quieuit. In aliquib⁹ libris legit̄ ꝙ patibulū crucis ptulit. et tali martyrio coronat⁹ ad celos aſcendit. In quadā legēda que treueris inuenit̄ legit̄. Cum mathias p iudeam p̄dicaret plurimaqꝫ miracula faceret iudei inuidētes ei ipm cōcilio ſtatuerūt. vbi cum duo falſi teſtes accuſauerūt ac lapidauerūt. Beatus aūt mathias lapides in teſtimoniū illis ſecū pecijt ſepeliri. Poſtea ſecuri more romano pcutit̄ ⁊ extenſis in celū manib⁹ ſpm̄ deo reddidit. In quadā alia legenda dicit̄ ꝙ cū mathias ī macedonia fidē xp̄i p̄dicaret q̄ndā potionē toxicatā bibit ī noīe xp̄i. ⁊ nullā leſionē ſenſit ⁊ plus quā. ccl. eadē potōe guſtata cecatos p manū ſuarū impoſitionē oēs illūiauit. vñ ab infidelib⁹ capit̄ ⁊ maib⁹ ſuis poſt tergū ligatis ⁊ fune ī collo ei⁹ impoſito crudelit̄ afflixerūt ⁊ ſic ī carcē recluſert Corp⁹ bt̄i mathie de iudea romā. deīn d roma treueri ē tn̄ſlatū

xvi g lvj ¶ Apud egyptū natale sanctoꝝ victorini victoris meaphori claudiani dyoſtoꝛi ſerapionis ꝛ papie. quoꝝ pͥmꝰ ſcōs tertius ꝓ ꝯfeſſiōe deitatis ꝯſtāter exq̄ſita ſuppliciorꝝ genera tollerātes. Reliq̄ q̄tuoꝛ claudianꝰ dyoſtoꝛꝰ flamis incēſuz. Serapiō ꝛ papias gladio ceſi. oēs celebꝛe martyriū ꝯſumauerūt

am A lvij ¶ In ciuitate pergen pamphilie natale beati neſtoris epi q̄ ꝑſecutione decij cum die noctuqꝫ oꝛoni inſiſteret poſtulās vt grex xp̄i cuſtodiret. ꝯpꝛehēſus nomē xp̄i mira libertate ꝛ alacritate confeſſus eſt. Primo ſuſpēſus eculeo laniatus eſt. ita vt coſte eius apparerent. quē ꝑſes cum nullo modo ab amore xp̄i euellere poſſet. ait illi ꝓ xp̄o tuo crucifixo crucifigeris. ꝛ ſic crucifixus eſt. ꝛ migrauit victoꝛ ad xp̄m.

in b lviij ¶ Apud alexandriā natale ſancti iuliani martyris. Is cum ita podogra conſtrictꝰ eſſet. vt neqꝫ incedere neqꝫ ſtare poſſz vna cum euno miniſtro ſuo in ſella geſtatoria iudici offertur Qui camelis impoſiti p totam iubenꝰ vrbem duci. et flagris hīc inde ſpectāte populo crudeliter laniari vſquequo finē ipis verberibꝫ ſoꝛtirenꝰ. ꝛ ſic emiſerūt ſpiritū.

dc c lix ¶ In territorio lugdunēſi depoſitio ſcti romani abbatis q̄ pͥmus illic heremiticā vitā duxit. qui et ſcto bn̄dicto ad ſonū tintinabuli victꝰ neceſſaria miſtraſſe fertur. ꝛ multis v̄tutibꝫ ꝛ miraculꝭ claruit. ꝛ mltoꝝ poſtea factꝰ eſt pater monachoꝝ.

Marcius.

mar d lx Rome natale ſctoꝝ ducentoꝝ ſexaginta martyrū q̄s claudiꝰ pͥmo ꝓ xp̄i noīe iuſſit dānatos arenā fodē. Deiñ p̄cepit vt foras muros poꝛte ſalarie mitterenꝰ ꝛ in amphiteatro eiuſdem ciuitatis militū ſagittis interficerētur. Item in ciuitate āde gonis natale ſancti albani epi ꝛ cōfeſſoris viri p̄clariſſimi virtutis ꝛ ſanctitatis.

xi e lxi ¶ Scti ſimplicij pape q̄ xl. poſt btm petrū ꝛ ſcte vixit ac feliciter obijt. Item rome via latina ſcti louini ꝛ baſilei ꝛ alioꝝ martyrū pl'imoꝝ ſub alexādro impatoꝛe ꝓ xp̄o decollati ſūt

¶ Apud ceſariā paleſtine ſanctoꝝ martyrū marini militis ꝛ aſtirij ſenatoris ſub ꝑſecutione valeriani quoꝝ p̄or cū accuſatus fuiſſet a cōmilitonibꝫ ꝙ eſſet xp̄ianus. ꝛ ipſe ſe xp̄ianum clariſſima voce teſtaret̄ martirij coronā abſciſione capitis ſuſcepit. ¶ Cūqꝫ ſequēs capite truncatū martyris corpus ſubuectum humeris ꝛ ſubſtrata veſte qua induebat̄ exciꝑet honorem quē martyri detulit cōtinuo ip̄e martyr accepit. vs f lxij

¶ Rome via appia natale lucij pape et martyris q̄ ꝑſecutōe valeriani ꝛ gallieni ob xp̄i fidem exilio relegat⁹. ꝛ poſtmodū diuino nutu ad eccleſiā ſuaz redire ꝑmiſſus martyriū capitis obtrūcatione compleuit. A g lxiij

¶ Apud anthiochiā natale ſancti fare martyris q̄ ꝓ fide xp̄i Primo ſuſpēſus eſt in eculeo ꝛ vngulis lacerat⁹. Cui vox de celo dixit. Ego ſum tecū. Scd̄o in ignē ꝓiectus ꝑ tres horas deū laudās illeſus exiuit. Poſt h̄ i clibanū ꝑ triduū miſſus calefactū vbi orās ad dn̄m expirauit. ꝛ corpus eius iniuſtum et integrū odore plenū eſt inuentū. quo viſo traian⁹ ait xp̄m eſſe verū deum. Cui xp̄o diſponēte fatus apparēs dixit. Poſt triduum in inferno eris. ego aūt in celo. dei A lxiiij

¶ Nycomedie natale ſc̄toꝝ victoris ꝛ victorini q̄ ꝑ trienniū cum claudiano ꝛ baſſa vxore eius tormentis multis afflicti ꝛ in carcerē retruſi vite ſue curſum ibidē feliciter cōſūmauerūt. a b lxv

¶ In mauritania ciuitate tuburbitanoꝝ natale ſc̄toꝝ martyꝝ ꝑpetue ꝛ felicitatis ꝛ cū eis renouati ſaturnini ꝛ ſecūdoli quoꝝ vltim⁹ in carcere in xp̄o q̄euit. Reliqui aūt ad beſtias ſunt traditi ſub ſeuero ꝑ̄ncipi. Itē s. thome de aquino ordinis p̄dicatoꝝ de nobili comitu aq̄noꝝ genere de regno ſicilie genit⁹ pater landolffus ꝛ mater theodora. Hic in iuuētute reliq̄t patrem ꝛ mr̄em frēs ꝛ omnes cognatos ꝛ oīa temporalia ꝛ ordinē p̄dicatoꝝ intrauit. ꝛ quo ex inſtinctu ſpirit⁹ ſancti intantū ꝓfecit in ſcientia ꝙ nullus fuit ſibi ſimilis illo tp̄e in mūdo. Nā inter modernos doctores null⁹ ita fructuoſe per c lxvj

ſcripſit ſicut ipſe hoc teſtat⁹ ē ipſe xp̄s q̄ locut⁹ de ymagine cru‑
cifixi dixit. Thoma bn̄ ſcripſiſti de me quā recipies a me mer‑
cedē. Qui rn̄dit nō niſi te. Et tunc ſcripſit ſcdā ꝑtē ſumme de
xp̄i paſſione ꝛ reſurrectione. Itē ſctus paulus apl'us appa‑
ruit ei cum eſſet in orōib⁹ ꝛ ꝯtēplacōib⁹. Et ipſe s. thomas que‑
ſiuit an habuiſſet plenū intellectū ſup eplas ſuas. rn̄dit bene
ſcripſiſti ꝛ bn̄ intellexiſti ſicut in hac vita q̄s haberi poteſt.
Item beata virgo apparuit ſibi ꝛ certificauit ipm̄ de vita eter‑
na et quicquit p ipam peteret hoc a filio ſuo obtineret Item
legit̄ q̄ ſeruauit innocentiā baptiſmalē ꝛ virginitatē mentis ꝛ
corpis. ſic q̄ nunq̄ peccauit mortaliter. Obijt aūt p̄dict⁹ do‑
ctor āno dn̄i M cc. lxxiiij. āno vero vite ſue xlix. Itē ſciendū
q̄ s. tho. eſt inuocādus ab hoib⁹ xp̄ifidelib⁹ i oib⁹ neceſſitatib⁹
ꝛ āguſtijs. Et p̄mo parētes q̄ hn̄t pueros. Nā legit̄ q̄ quidē
iuuenis debebat haurire aq̄s ꝛ cecidit i aquā ꝛ inuocauit ſctm̄
thomā q̄ apparuit ei extrahēs eū de aqua viuū et ſanū. Item
quidē iuuenis nobilis tot⁹ leproſus. ſed nō dum ab hoib⁹ ſe‑
gregat⁹ q̄ pnoctauit in eccl'ia ꝛ poſuit ſe ſup ſepulcrū ſcti tho‑
me. ꝛ inuocauit ipm̄ deuote. qui ſan⁹ ſurrexit. Itē quidē puer
nicola⁹ noie in ſiniſtro latere fact⁹ eſt totus paralitic⁹ quē pa‑
rentes poſuerūt ſup ſepulcrū ſcti thome ꝛ petierūt miſſam cā‑
tari de ſancto thoma ꝛ ſanat⁹ eſt ſtatim. Itē in extremis inuo‑
cand⁹ eſt. vn̄ legit̄ q̄ q̄dā vir matthe⁹ noie de fero ſan⁹ ad le‑
ctū iuit. ſꝫ circa mediū noctis q̄ſi ſuffocatus eſt. nec poterat lo‑
qui. ꝛ inuocauit ſctm̄ thomā ꝓmittēs ſibi candelā ꝛ miſſam cā‑
tari vt ſibi ſuccurreret ne ſine ꝯfeſſione ꝛ ſacramentis ab hac
vita diſcederet. ꝛ ſtatim ſanat⁹ eſt. Itē paup ꝯtract⁹ natus fe‑
cit ſe portari ad ſepulcrū ſcti thome orās diu ꝯſolidatis cru‑
ribus ſan⁹ ſurrexit ꝛ ābulauit. Itē ſuccurrit etiā mulierib⁹ q̄
paciunt̄ defectū oculoꝝ. vn̄ mulier q̄dā oculū ſiniſtrū pdidit ꝛ
p̄ dolore etiā dextrū. ꝛ ſic trib⁹ dieb⁹ ceca fuit. que fatigata la‑
chrimis inuocauit ſctm̄ thomā. euigilās viſum plenarie recha‑

buit. Itē mulier ydꝛopica petiuit cũ reliquijs ſancti thome
pectus ſuum ſignari. et ſic poſtmodũ plene ſignata eſt. ⁊ mul-
ta miracula habent̄ in legenda ſua.

Natale ſanctoꝝ phylenonis ⁊ apponij dyaconoꝝ q̇ in ci- xc d lxvij
uitate antinona tenti et a iudice auditi cũ ꝯſtanter ydolis ſa-
crificare noluiſſent. ꝑforatis calcaneis ⁊ funib⁹ per foramina
miſſis ꝑ ciuitatē horribilit̄ tracti. nouiſſime gladio ceſi mar-
tyriũ ꝯpleuerũt. Itē ꝑpetue v̄ginis q̄ leonib⁹ eſt tradita. ⁊ ab
ipis ſuffocata. Itē in egypto vbi xp̄s cũ mr̄e v̄gine ⁊ ioſeph
ꝑ ſeptēniũ latitauit ſc̄toꝝ martyrũ adriani. theodori et alioꝝ
triũ quos iudex ſubmerſos necauit in mare. ſed obſequio pi-
ſcis delphyni corpa eoꝝ litori ſunt reſtituta.

Apud ſebaſtē armenie minoris natale ſanctorũ q̄dragin- cō e lxviij
ta militũ quib⁹ tp̄e licinij regis in carcere orātib⁹ xp̄s appa-
rens ꝯſolabat̄ eos. Hoꝝ facies agricolaus p̄mo iuſſit lapidi
bus tundi. ſed tortores ſemuicē lapidib⁹ cedebant. ⁊ ſanctos
tāgere nō valebāt. Dux vero rapto lapide vt ꝑcuteret aliquē
ſanctoꝝ cōminuit faciē ꝑſidis. Scd̄o martyres ſunt ligati et
in media hyeme in ſtagnũ miſſi. Hora aũt p̄ma noctis tanto
frigore ſtringebant̄ corpa ſc̄toꝝ martyrũ. q̄ cutis eoꝝ ſcinde
ret̄. Tercio extracti ſunt de aqua ⁊ crura eoꝝ ſunt fuſtib⁹ va-
lidis ꝯfracta. Orātes aũt ſancti de cruriũ fractōe obierunt.
Poſt h̄ ꝯbuſta ſunt corꝑ ſanctoꝝ ⁊ oſſa in flumine ſunt ꝓie-
cta ne a xp̄ianis colerent̄. Ipſi vero ſancti poſt tres dies re-
uelabāt oſſa ſua in vado ſimul aggregata quo cum venit ep̄s
oſſa in aq̄s velut lumia refulgebāt q̄ honorifice recondebat.

Apud apamiā natale ſanctoꝝ alexādri ⁊ gay martyꝝ qui xa f lxix
vt appollinaris ſcribit hieroſolomitan⁹ ep̄s ī libro aduerſus
cathafrigas ꝑſecutōe āthonini glꝛioſo martyrio coronati ſūt.

In carthagine natale ſanctoꝝ heracli ſoſimi alexādri can xvi g lxx
didi ypereonis ⁊ alioꝝ xx. ꝓ xp̄i noīe coronatoꝝ. Itē in ter-
ritorio herbipolēſi ſancti gũperti patroni honoſpaū eccleſie

qui p̄mo miles xp̄ianiſſimus 7 fidelis cui adminiſtratio et gu-
bernatio totius ep̄atus herbipolenſ tanq̄ ꝓuido ſyndico eſt
cōmiſſa. Quā curā valde humiliter geſſit 7 utiliter. factuz eſt
aūt ut mortuo ep̄o herbipolenſi omniū voces in eū unanimi-
ter cōcordarēt. 7 miſſa legatione ad papā ꝓ eo poſtulādo ad
p̄ſulatū. ip̄e ſe nō dignū reputās tanto honore ꝯtrariū a dn̄o
poſtulauit. 7 obtinuit. qꝛ p̄cedēte relatione ipſe tp̄e medio in
dn̄o feliciter obdormiuit. Cūqꝫ ſepult⁹ eſſet littere exauditio-
nis publice ſunt allate. Tūc oīs clerus hūc tanq̄ ep̄m in lo
co honorabiliori collocarunt inuent⁹ eſt oībꝫ pontificalibꝫ
adornatus qui ut adhuc laycus 7 miles eſt ſepultus.

gre A lxxi ¶ Rome natale beatiſſimi gregorij magni pape doctoris 7
ap̄li anglorꝫ cui⁹ pater gordian⁹ 7 mater ſalua. Hic grego-
rius magn⁹ dicit̄ 7 p̄cipuus doctor eccleſie. hic p̄mus grego-
rius in ordine paparū lxvj. anno dn̄i d. lxxxv. ſalubriter p̄fuit
eccleſie. Hic ſanct⁹ vir anglorꝫ gentē miſſis viris ſanctis ad
dn̄m reuocauit. hic cū ip̄a ſui adoleſcētia ſūmū p̄hie apicē at-
tigiſſet ac rerum et diuiciarum copia plurimum abundaret.
cogitauit tn̄ hec omnia deſerere 7 in religionem ſe trāſferre.
Tandē pater orbat⁹ ſex monaſteria in ſicilia cōſtruxit. ſepti-
mū vero intra menia vrbis ſub honore ſancti andree ap̄li in
ꝓprio domate cōſtruxit in quo ſe monachū fecit. Ubi in bre-
ui ad tantā p̄fectionē venit ut ī ip̄o ſue ꝯuerſionis initio poſ-
ſet iam in p̄fectorꝫ numero ꝯputari. Tante diſtrictōe corpus
ſuū afflixit. ut infirmato ſtomacho ſubſiſtē vix valebat 7 inci-
ſionē vitaliū quā greci ſincopin vocāt paciens crebris angu-
ſtijs ꝑ horarū momēta ad exitū ꝓpinq̄ret. Item virginū tria
milia pauit 7 neceſſaria in monaſterijs tribuit. hic angelo in
ſpecie naufragi elemoſinā petentibꝫ ſex argēteos dedit. tandē
ſcutellā argēteā eidē petēti dari p̄cepit. hic ī dyaconē cardina
lē ſūmi pōtificis licet p̄l'imū reniteret eligit̄. Tādē orta peſte
peſſima inguiaria p̄mo oīm pelagiū papā ꝑcutit 7 extīxit poſt-

modū vero in reliquū vulgus ita deſeuit vt ſubtractis habita
toribꝫ domos plurimas in vrbe vacuas relinq̄ret. Beat⁹ gre
gorius. Omnē populū ꝯuocauit. letanias maiores inſtituit.
ꝓceſſiones facere p̄cepit. ⁊ ſic peſtis ceſſauit ac deo dāte quie
uit. Finita ꝓceſſione ac peſte ſedata. Beat⁹ gregori⁹ fugere
voluit ſed nequiuit. q2 die noctuqꝫ portas vrbis ꝓpter eū vi
giles obſeruabāt. Tandē mutato habitu a q̄buſdā mercato
ribꝫ obtinuit vt in quodā dolio ſup q̄drigā de vrbe abduceret'
qui mox ſiluas pecijt cauernarū latibula reqſiuit ibiqꝫ tribꝫ
diebꝫ latuit. Verūtñ dum ſolicite q̄reret' colūna lucis ꝑ fulgi
da a celo dependēs ſup in quo latitabat apparuit in qua colū
na angelos aſcendētes ⁊ deſcendētes quidā recluſus aſpexit.
Moxqꝫ beatus gregori⁹ ab vniuerſo pplo capit' trahit' ⁊ ſū-
mus pōtifex ꝯſecrat'. Beatus gregorius tante hūilitatis fuit
vt ſe nullo modo laudare ꝑmitteret. Vocabula etiam vanita-
tem et iactantiā ſonantia etiam omnia reſpuebat. Item pri-
mus in ſuis epiſtolis ſe ſeruum ſeruorum dei nominauit. et
alios noīare inſtituit. Itē libros mltos ſcripſit ⁊ ſemp infir-
mus fuit ⁊ ꝓ tyrāno damnato orauit. Rexit aūt ſedē aplicā
ānis. xiij. mēſibꝫ vj. et x. diebꝫ. ⁊ ex hac luce migrauit ad dn̄m
Itē legit' ꝙ mater ſcti gregorij p̄gnans ex deuotōe ſanctū be-
nedictū in mōte caſſino ſicut multe romane matrone fecerāt
quadā vice inter ceteras mulieres viſitauerat Cui ſctūs be-
nedictus familiarē ſe plus exhibebat. Poſt cui⁹ abſceſſuꝫ fa
miliares ſui ab eo q̄rebant cauſam. Quibꝫ ipe rn̄dit ꝙ eſſet
doctorē ⁊ lumen maximū paritura. Qđ mater poſtea retulit
beato gregorio. ipe aūt vitā beati bn̄dicti poſt obitū ipi⁹ ſan
ctitate plenā dyalogoꝝ pleni⁹ collegit ⁊ ꝯpoſuit quo ad col-
lectas ſecretas ꝯmuniōes ⁊ cantū Et adhuc ſeruat' antipho
narius gregorij apud eccl'iam latranēſen muſice notat⁹. in q̄
apparet ꝙ ꝑ vſum canētes plurima īmutauerūt. Ambroſius
vero gradualia ⁊ alleluia. Itē beatus gregorius inſtituit in

die purificacõis beate marie virginis ⁊ in die palmarum fie-
ri ſolennes ꝓceſſiones cum accenſis cereis in vna ⁊ cum ra-
mis palmaꝝ in altera. Item in quarta feria poſt q̇nquageſi-
mam conſtituit bñdictionē cinerum ⁊ vt in illa die incipiant
xpiani ieiunare. qꝛ prius ieiuniũ incipiebatᷓ poſt dñicam inuo
cauit. Itē inſtituit ĩ die cene pedũ lotõez. Itē ĩ paſcene cru-
cis adoracõez nudis pedibꝫ ⁊ in die paſce agni caſei ⁊ ouoꝝ ⁊
lardi bñdictionē. Itē eodē die ſancti petri. Hic cũ eſſet cubi-
culariꝰ dyocleciaĩ iubēte eodē xpĩ fidē catholicã ĩ mediũ edu
citᷓ. Ac ꝑmo ſuſpēſus diutiſſime flagris torq̃tur. Scđo aceto
et ſale ꝑfunditᷓ. Tercio in craticula aſſatᷓ ⁊ ſic feliciter obijt.

go b lxxij Apud nicomediam natale ſanctoꝝ martyꝝ macedonij p̄-
ſbiteri patricie et modeſte. Item in Nicea ciuitate natale ſan
ctoꝝ martyꝝ thoſere borris theodore meupodore marci ara-
bie qui omnes ꝓ fide xpi igni traditi ſunt.

xi c lxxiij Rome paſſio ſanctoꝝ martyꝝ xlix. qui baptiſati ſunt a be
ato petro apl'o cũ teneretᷓ in cuſtodia mamertini cũ coapoſto
lo ſuo paulo vbi ambo nouē mēſes detēti ſunt qui oĩes ſub
deuotiſſima fidei cõfeſſione neroyno gladio ꝯſumpti ſunt.

o d lxxiiij In ceſaria capadocie paſſio ſancti lõgini centurionis qui
latus dñi ꝑforauit. Hic cũ multis alijs militibꝫ cruci domini
aſtãs iuſſu pylati latus dñi lancea ꝑforauit. Et vidēs ſigna q̄
fiebant ſcꝫ ſolē obſcuratũ ⁊ terremotũ ⁊ cetera in xp̄m credi-
dit maxime ex eo vt q̇dam dicunt ꝙ cũ ex infirmitate vel ſene
ctute oculi eius caligaſſent de ſanguine xpi ꝑ lanceã decurrē-
te foris oculos ſuos tetigit ⁊ clare vidit. Vñ renuncians mili-
cie et ab apl'is in fide inſtructus in ceſaria ciuitate capadocie
xxviij. annis monaſticã vitã duxit. Tandē cũ dijs nollet ſacri
ficare. ſed verbo ⁊ exemplo plurimos ad xp̄m ꝯuertiſſet a pre
ſide tentus. iuſſit primo p̄ſes omnes dentes excuti. Scđo lin-
guam eius p̄cidi. ipſe vero ex hoc loquelam non amiſit. ſed ac
cepta opportunitate cum ſecuri omnia ydola confregit dicēs

Si dij sunt videbimus an se defendãt. Et ait lõgin⁹ demõibus Cur habitatis in ydolis. Qui rñderũt. Ubi iesus nõ noiaẗ ⁊ vbi signũ eius non est positũ ibi est habitatio nostra. Tercio beatus longinus decollatur.

Rome paſſio ſcti Ciriaci dyaconi q̃ post longã carceris maceratione reliquata pice pfuſus ⁊ in cathasta extẽſus atrocius etiã neruis ⁊ fuſtib⁹ ceſus ad ultimũ cũ largo ⁊ ſmaragdo ⁊ alijs viginti iubẽte maximiano capite trũcaẗ. Hoꝝ festiuitas vj. ydus augusti recoliẗ qua die a beato marcello papa corpa eoꝝ ſunt leuata ac veneraliter tumulata. Itẽ apud acquilegyam ſancti hylarij epi qui p xpo pmo virgis ⁊ fuſtib⁹ tamdiu ceſus. q triginta viri feſſi ſunt. Scdo ſuſpẽſus in eculio vngulis laniaẗ. ita vt interiora eius viderenẗ. Tercio carbones viui ſup eũ incẽſi ſunt. Quarto aceto et ſale plage ei⁹ aſperſi ſũt. Quinto cilicio facto de pilis cameloꝝ vulnera ei⁹ cfricata ſunt. Sexto duct⁹ ad ſymulacra q̃ adorare debuit exſufflauit que mox illeſa ſunt vt puluis. Itẽ eo orante vt tẽplũ caderet pter cfirmationẽ fidei ſtatim talia tonitrua facta ſũt vt ipa ciuitas acq̃legyẽſis tota cmota ſit et mlti paganoꝝ cadentes morerenẗ ⁊ tẽplũ ita euanuit. vt neſcireẗ vbi illud vnq̃ ſtetiſſet. Septimo ſanctus hylari⁹ et eius dyacon⁹ mox ſunt iugilati ⁊ feliciter obierũt. | cir e lxx

In monaſterio niniuelle natale ſancte gertrudis vgnis q̃ ſcdm carnẽ filia pipini cũ iã i extrema egritudine p mltas virtutes cũ morte timeret ⁊ xpm deſideraret ipa miſit ad quendã ſa nulũ dei dicẽs. Rogo dic qñ vel quõ decedam. Ille rñdit. Cras inter ſolẽnia miſſarũ. ⁊ ne timeas ſ; leteris. q2 iã ãgeli letati ⁊ parati ſunt te ſuſcipe. Ob hec ipſa leta cũ ſororib⁹ in mõſterio totã noctẽ cũ vigilijs ⁊ orõnib⁹ pegit. et incraſtino i miſſa cõmunicauit ⁊ obijt. ⁊ odore ſuauiſſimo i ei⁹ obitu quidã ſunt repleti. Hec iuuẽtute xpm ſpõſum elegit ymo qđ magis eſt etiã cum adhuc parua puella eſſet nullus audebat co- | ger f lxxvj

ram ea nec pater ipius pipin⁹ aliquis mortalis ſpōſi aliquā
facere mētionē. Itē in ſcocia ſancti patricij q̄ p̄mo ibidē xp̄m
populo p̄dicabat et quibuſdā nō credētib⸫ aliquā aliā quam
p̄nitem vitā ipſe a dn̄o obtinuit viſibile purgatoriū oſtēdi po-
pulo nō credēti. Et ip̄e dicit̄ fuiſſe filius ſororis ſc̄ti martini.

druo g lxxvij ¶ Natale ſancti alexandri ep̄i q̄ de capidocia ex p̄pria ciuita
te ſua ſacroꝝ locoꝝ deſiderio ⁊ ſepulcri hieroſolimā veniēs ⁊
defūcto ep̄o ibidem ipſe reuelatōe angelica in hieroſolytanū
ep̄m eſt aſſumpt⁹. Et cum iam venerāda canicie fulgeret ſub
decio duct⁹ eſt ceſariā. ⁊ nunc de vinculis ad tribunalia ⁊ nūc
de tribunalib⸫ ad vincula duct⁹. ⁊ ſic inter ip̄a viciſſim ſucce-
dētia ſibi ſupplicia beatū deo reddidit ſpiritū.

al A lxxviij ¶ In bethleem Joſeph ſanctiſſimi nutricis ih̄u ſaluatoris.
Cum quo angelus dn̄i locutus eſt dicens. Joſeph fili dauid
noli timē accipe mariā ꝯiugē tuā qd̄ eni in eo natū eſt de ſp̄ū
ſc̄to eſt. Itē poſt natiuitatē xp̄i dixit angel⁹ ad ioſeph. Sur-
ge ⁊ accipe puerū ⁊ mr̄em eius ⁊ fuge in egyptū. futurū ē eni
vt herodes q̄rat puerū ad p̄dendū eū. Itē poſt obitū herodis
dixit āgelus ad ioſeph. Reuertē in terrā iuda. defūcti ſūt eni
qui q̄rebant aiam pueri. Item natale b̄ti iohis magne ſc̄tita
tis viri qui de ſyria oriūdus p̄uenit ad ytaliā ibiq̄ȝ apud pen-
narēſem vrbē conſtructo monaſterio multoꝝ ſeruoꝝ dei p̄ xl.
annos pater exiſtens multis claris virtutib⸫ quieuit in pace.

ba b lxxix ¶ Apud britaniā depoſitio ſc̄ti guthberti ep̄i q̄ ex anacho
retha eccl̄ie lindiſfarēſis antiſtes totā ab infantiā ad ſeniū vi-
tam miraculoꝝ ſignis inclitā duxit. ſicut ſcribit de ea beda. ⁊
tandem beato fine in xp̄o quieuit. Cuius corpus cum xij. an
nis manſiſſet humatū incorruptū cum veſte q̄ſi eadē hora ſe-
pultum eſſet inuentū eſt.

be c lxxx ¶ Apud caſtrum caſſinū natalis beatiſſimi patris benedicti
abbatis. hic ex nurſia prouincia ortus. Cum rome liberalib⸫
traditus eſſet libris et diſciplinis in ipſa ſua infantia literas

deſiuit et deſtum petere decreuit quē nutrix eius que eū te-
nerrime diligebat vſqȝ in quēdā locū ſecuta ē. Ubi ad purgā
dū triticū mutuo capiſteriū pecijt qđ ſup mēſaȝ incaute impo
nēs cū corruiſſet i duobꝫ ꝑtibꝫ fractū vidēs quā bn̄dict⁹ flere
vidēs partes capiſterij accepit ⁊ ab orōne ſurgens integre ſo
lidatū inuenit qđ dū ꝓ ſigno ante fores eccleſie ſuſpēdit. Bn̄-
dict⁹ clam m̄ fugit ne ab hoībꝫ ꝓ ſigno fc̄o laudaret. latuit
itaqȝ t̄bus annis in ſpecu omnibꝫ hoībꝫ incognit⁹ excepto q̄-
dā ſacerdote cui iuſſit dn̄s in die paſce hūc querē et eo inuen-
to cibū pariter ſumpſerūt excepto eciā q̄dā monacho romāo
noīe qui ſibi ſedulo neceſſaria miſtrabat. Cum vero ad ſpecū
in quo beat⁹ bn̄dictus latuerat a romani miſtro iter non eſſȝ
Romanus panen in lōgiſſimo fune ligabat ⁊ ſic deponē cō-
ſueuerat cāpanulā etiam ipſi corde inſeruit vt ad eius ſonitū
beat⁹ bn̄dict⁹ agnoſceret qn̄ ibi roman⁹ panē p̄beret quē exi
ens acciperet. Sed antiquus hoſtis vnius charitati ⁊ alteri⁹
inuidens refectioni lapidē iactauit et cāpanulā fregit ſed tm̄
eidē romanus miniſtrare non deſijt. Beat⁹ benedict⁹ ſancte
ſcolaſtice ſororis ſue animā i ſpecie colūbe ad celum migrare
vidit Item xij·monaſteria cōſtruxit quoꝝ tribꝫ i alto poſitis
aquā obtinuit cū orōibꝫ ſuis. Item cū panis deeſſet ducenti
modij añ monaſteriū ſunt inuenti. Item iuuenē mortuū ſu-
ſcitauit. Eodē autē anno quo ⁊ ipē beat⁹ bn̄dict⁹ de hac vita
erat itur⁹ obit⁹ ſui fr̄ibꝫ denūciauit diē. Ante vero ſextū diem
ſui exitus iuſſit ſibi aperiri ſepulcrū q̄ mox febribus corept⁹
cum per ſingulos dies languor igraueſceret ſexto die in ora-
torium ſe portari fecit ibiqȝ exitum ſuum dominici corpis ⁊ ſan-
guīs percepcione muniuit atqȝ inter diſcipuloꝝ manus imbe
cilla membra ſuſtentās erectus in celum manibꝫ ſterit ⁊ vlti-
mū ſpiritū inter verba orationis efflauit.

In gallijs ciuitate narbone natale ſancti pauli epī diſci- ne d lxxxi
puli apoſtoloꝝ. q̄ a bt̄o paulo baptiſat⁹ ⁊ galliā direct⁹ apud

narbonem epali dignitate electus ē ac ſublimatus. Item in affrica ſancti ſaturnini martiris et alioꝝ nouē martiꝝ qui p̄ nomine xp̄i occiſi ſunt.

ũc e lxxxij ¶ Theodorici martiris. Hūc iulian⁹ apoſtota ligatis p⁹ terḡu manibꝫ duci ad ſe iuſſit. Et p̄mo alapis multis cedi. Secundo fecit eū ligari ſup ſcānum ⁊ ī tm̄ extēdi vt octo pedum longus videret̄. Tercio tm̄ torquebat̄ vt ſāguis de lateribus eius fluxit habundāter. Quarto duas lampades ardentes lateribꝫ eius fecit apponi ⁊ eo orāte q̄ lampades tenebāt corruerūt. q̄bꝫ erectis p̄cepit iulian⁹ vt iteꝝ lāpades tenerēt ⁊ noluerūt dicētes nolum⁹ quia quattuor āgelos ante eū vidim⁹ ⁊ ideo cecidim⁹. Et ob hoc illi ſtatim ſubmerſi ſunt. Sꝫ ſancto dei clamāte p̄cedite me ad gl'iaꝫ ſequar vos ad xp̄m et ſic occiſus ē ab īpio iuliano. Item in affrica natale ſc̄toꝝ martiꝝ victoriam frumēti ⁊ alteri⁹ frumēcij ⁊ duoꝝ germanorum qui pſecucione wādalica vt ſcribit victor africanus ep̄s ſub hunerico rege ꝑ cōſtancia catholice cōfeſſionis immaniſſimis ſupplicijs excruciati egregio martirio coronati ſunt.

ta f xxxiij ¶ Rome paſſio beati pigenij ep̄i. Hic iulianū apoſtatā a puericia enutriuit ⁊ ſacris literis erudiuit a q̄ ipſe poſtea ī tiberim ꝓuide chriſti necatus ē.

ma g lxxxiiij Apud nazareth ciuitatē gallilee. Annūciacio dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Dicit̄ aūt ānūciacō dn̄ica quia in tali die ab āgulo aduent⁹ filij dei ī carnē fuit ānunciatus. Cōgruū autē fuit vt incarnacōꝫ filij dei p̄cederet angelica annunciacio triplici racōne. Primo ratione ordinis ꝯuocandi vt ſcꝫ ordo repacionis reſpōderet ordini p̄uaricacionis. Unde ſicut dyabolus tentauit mulierem vt eam ꝑtraheret ad dubitacionē et per dubitacionem traheret ad conſenſum ⁊ per conſenſum ad lapſum. Sic angelus nunciauit v̄gini vt nūciando excitaret ad fidē ⁊ ꝑ fidē ad ꝯſenſum ⁊ ꝑ conſenſum ad concupiendū filiū dei. Sc̄dō rōne miſterij āge-

lius dei eſt miſter ⁊ ſeruus ⁊ beata v̓go electa erat vt eſſet dei
mater ⁊ cõgruũ ē miſtꝝ dñe famulari ꝯueniēs fuit vt beati v̓-
gini ãnũciatio p ãgelũ fieret. Tercio rõe lapſus ãgelici repã
di. qꝛ enim icarnatio nõ tm̃ faciebat ad repacõnẽ hũani lap
ſus ſed eciã ad repacõẽ ruine ãgelice. Jdeo ãgeli nõ debue-
rũt excludi. Cũ ergo bt̃a virgo maria a tercio etatis ſue vſqꝫ
ad xiiij. annũ in templo cũ alijs virginibꝫ extitiſſet. et votũ de
ſeruãda caſtitate emiſiſſet niſi deꝰ aliter diſponeret. eã ioſeph
deſpõſauit dño reuelãte ſicut in hyſtoria de natiuitate v̓ginis
glorioſe plenius continent̃. ⁊ in betleem vnde oriundus erat
neceſſaria nupcijs procuſurꝰ iuit. Jpa autem maria virgo in
nazareth in domum parentũ redijt. Miſſus eſt ergo angelus
gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad vi-
rum deſponſatã viro cui nomẽ erat ioſeph de domo dauid et
nomẽ virginis maria. Et ingreſſus angelꝰ ad eã dixit. Aue
gracia plena do. te. Bñdicta tu in mu ⁊c̃. q̃ luce pͥmo legũtur
vſqꝫ ad illũ locũ. Ecce ãcilla dñi fiat mihi ſcdm̃ verbũ tuum.
Jtẽ nota ꝙ hũc diẽ deus multis ⁊ magnis pͥuilegijs honora
uit licet ãnis plurimis interiectis. Jn ea em̃ pͥmos hoĩes for
mauit aĩas nouas creauit ⁊ nupcias p̃cipiens bñdixit. Jnde
poſt cxxx. annos pͥmus martyr abel ꝓ iuſticia eſt occiſus. quẽ
xp̃s in euãgelio ⁊ quẽ nos i canone q̃tidie noĩamꝰ. Jnde poſt
cccxl. ãnos dedit dñs abrahe victoriã gaudioſam. cccxviij. ſer
uis ſuis q̃ttuor reges ⁊ eoꝝ exercitũ grandẽ ſupauit ac pplm̃
captiuũ cum gaudio reduxit. ⁊ ideo melchiſedech ſacerdos et
rex dic p̃dicta panẽ ⁊ vinũ in figura ſacre eucharistie ymola
uit. Geñ. xiiij. Jnde poſt ãnos mille dcc. lxxxix. eodẽ die ho-
ra tercia virgo maria gabriele angelo nũciante ꝯcepit ſalua
torem mũdi hoĩem viuũ integrũ ⁊ organicũ p oĩa. vt dicit au-
guſtinus. Jnde poſt ãnos xxxiij. eodẽ die decollatꝰ eſt xp̃i ba
ptiſta iohãnes. licet h̓ feſtũ trãſlatũ eſt ad finẽ auguſti qñ ca-
put bt̃i iohis fuit inuentũ. Jnde poſt vnũ annũ ih̃s xp̃s eodẽ

die crucifix⁹ p inimicis orauit. Matrē iohāni cōmēdauit. latronē beatificauit. solē obscurauit. lōginū illūinauit. terrā cōcussit. monumēta apuit. mortuos suscitauit. inferni tenebras fugauit. sanctos p̄res letificauit. demones terruit. luciferū ligauit. ꝓphecias euacuauit. vmbras legales cessauit. et noue legis virtutē ꝯtulit sacramētis. Preterea sanct⁹ iacobus apostolus legit̄ occisus. ⁊ scūs petrus de carcē ⁊ de penis p angelum liberat⁹ fuit. sicut verifice totū inuenit̄ in passionali. Super hec oīa nōnulli existimāt finale iudiciū die p̄dicta futurū qđ si ita esset videret̄ mihi hec dies p̄ cūctis dieb⁹ seculi veneranda in qua de⁹ oēs mortuos suscitabit et oēs angelos ⁊ demones ꝯgregabit. Oia merita pōderabit. Solē ⁊ lunā clarificabit. signū crucis in nubib⁹ exaltabit. saluādos ad dexteram sub cruce ꝯgregabit. dānandos a sinistris locabit. se et nos de inimicis vindicabit. ⁊ finalē sententiā ꝓferēs oīa ꝯseruabit.

xi A lxxx ¶ Rome via lauicana natale sancti castoli martyris qui vt i gestis beati sebastiani inuenit̄ a ꝑsecutorib⁹ est apprehensus. ⁊ est auditus in ꝯfessione dñi ꝑseuerans. Primo in eculeo suspēdit̄. Scđo plūbatis atrocissime cedit̄. Tercio dimissus est in foueam. ⁊ dimissa sup eum massa arenaria martyrio migrauit ad dominū.

a b lxxxvj ¶ Sancti iohīs heremite in egypto qui spū ꝓphetico plen⁹ fuit ⁊ clades futuras ⁊ eoꝝ causas hoīb⁹ p̄dicabat. Nā theodosio imꝑatori xp̄ianissimo victorias de tyrāno p̄dixit. Item nyli fluminis sterilitatē vel habūdantiā p̄uidebat. qꝛ i egypto nūq̄ pluit. sꝫ nyl⁹ fluui⁹ irrogat totā terrā. Itē vxorē ꝑpositi ḡuit̄ pturiētē p̄dixit salubrit̄ parituram qđ ⁊ factū ē. qꝛ enixa sana fuit. Itē vxorē cuiusdā senatoris cecā oleo a se bñdicto illūiauit. Itē occulta pctā hoīm ipi detegētes corrigebat.

ge c lxxxvij ¶ In cesaria palestine natale sanctoꝝ martyrū prisci malchi ⁊ alexandri. qui vt in ecclesiastica hystoria scribit̄ sub ꝑsecutione valeriani xp̄i zelo accensi sponte inmanissimū iudicē ad-

cũtes cur tm̃ in dei ſanctos ⁊ electos tã atrociter deſeuiret eũ
rõnabiliter increpabãt q̃ mox dedit eos beſtijs deuorãdos q̃x
anime ab angelo ſuſcepte ſunt.

¶ Sancti euſtachij abbatis diſcipuli ſcti colũbani q̃ pr̃ exti‑ ni d lxxxviij
tit fere ducẽtoꝝ monachoꝝ. Itẽ ſcti herennite or noĩe xc. ãno
rũ q̃ abſtinẽtie dedit⁹ q̄ nullũ trenũ ſicut de eo legiť tennio in‑
tegro ſumpſit cibũ q̃ plãtaria arboꝝ ꝯferẽs ne ocio torperet
ſiluã fratrib⁹ nutriebat. Itẽ apud affricã natale ſctoꝝ arno‑
gaſti archimini ⁊ ſatiri q̃ tpe vuãdaloꝝ pſecutione ſub geiſeri
co rege friſonie ꝑ ꝯfeſſione veritatis multa et g̃uia ppeſſi ſup
plicia atq̃ opprobria curſu ȝ glorioſe certaminis impleuerũt

¶ Rome via apie paſſio ſancti quirini tribuni ⁊ martyris q̃ tri e lxxxix
ſub aureliano impatore ꝑ xp̃o ſuſtinuit. Primo pciſionẽ lin
gue. Secdo eculei ſuſpenſionẽ. Tercio manuũ ⁊ pedũ detrun
cationẽ. Quarto capitis decollationẽ.

¶ Rome natale ſancte balbine virginis filie ſanctiſſimi qui ce f xc
rini martyris ſup̃ dicti. Cui quidaȝ puer cũ facula apparuit
dicẽs. ſalua eſto et virgo ꝯmane. Ego faciã te videre ſpõſum
tuum qui ꝑ te ſanguinẽ ſuum fudit. ⁊ ſic balbina poſt marty
rium patris ſue xp̃ianiſſime vixit ⁊ obijt in xp̃o ſpõſo ſuo quẽ
nunc lete cõtemplať in celis. Itẽ amos ꝓphete quẽ oſyas rex
iſrael vecte ꝑ tympora tranſfixũ necauit. ⁊ ſic feliciter obijt.

## Aprilis.

Rome natale ſãcte theodole ſororis illuſtriſſimi mar Ap g xcj
tyris hermetis p̃ſbiteri p̃fecti vrbis rome q̃ poſt fra‑
tris ſui interfectionẽ ſub aureliano tyranno eccelſie pſecuto‑
re paſſa eſt ⁊ apud fratrem ſuum a xp̃ianis ſepulta eſt.

¶ Apud ceſareã capadocie paſſio ſancte theodoſie virginis pril A xcij
que cum eſſet xxiij. annorum nobilis diues pulcra ⁊ virtuoſa
Neſciente familia ⁊ parentib⁹ venit ad carcerẽ vbi ſancti ca
pti ⁊ tenti fuerãt pro xp̃o. Quib⁹ dixit. Orate ꝑ me athlethe
dei ob hoc a ꝓconſule capiť ad pretorium duciť. Preſes v‑

bamus dixit. O virgo pulcerrima est mihi vnicus filius ſpōſa eius esto vt sis mihi filia. Quē ſpernēs. Primo ꝓ xp̄o nudat̄ ꝛ iiij. q̄ternionib⁹ verberāda extendit̄. et toto corpe diſſipat̄. Scd̄o in ſartagine plena oleo frigit̄ tamdiu ꝙ tortores om-nes laſſi ſunt facti. ligna adducere ignemq̃ ſumiſtrarūt. ꝛ tn̄ ledi nō potuit. Tercio in medio fori p capillos ſuſpēſa eſt. vbi custodiebat̄ pendēs p diem ꝛ noctē. Ipa aūt ſic pendēs pplo ad ipam cōgregato p̄dicauit. Deinde p̄ſes venit putās ipam eſſe mortuā. Sed ipa de grauiſſimis vulnerib⁹ nec cicatricem habuit. q2 xp̄s p angelū ſuū eam ſanauerat. Quarto in ecu-leo ſuſpendit̄ vngulis dorſum eius. et venter aperit̄ ꝛ nō ſen-ſit dolorē. Quinto cū ſale ꝛ aceto vulnera eius aſpergunt̄ et ꝓfundunt̄. ꝛ ea orante nec cicatrix vulnerum in ea apparuit. Sexto incarcerat̄ onerata p om̄e corpus catenis. et ea orāte eliza ſunt om̄ia vincula. Septimo ſaxo grandi in collo eius ligato in mare ꝓijcit̄. ſed ipa ſedet illeſa ſup mare. ꝛ ab ange-lis illeſa ad terrā cū ſaxo reducit̄. Octauo data eſt feris co-ram om̄i pplo ait. Nūc cognoſcite xp̄m verū deū. ꝛ ydola fal-ſa reſpuite. ꝛ dixit feris. In noīe xp̄i venite ad me ꝛ conſola mini pedes meos. quo dicto leopardus magn⁹ inſilijt i preſi dem et reſpiciens virginē q̄ſi diceret. ſi iudicē deberet deuora re. Sed ſacra virgo hec ꝓhibuit. Fit ergo clamor magn⁹ in pplo xp̄us eſt verus deus. Nono ſponſa xp̄i decollat̄. ꝛ de ore eius viſa eſt quaſi columba aurea exire.

in b xciij ¶ Theſſalonice ſāctarū virginū agapice ꝛ chyonie ſub dyo cleciano que in ignem miſſe. ſed intacte flamis poſt orōnē fu-ſam aīas deo reddiderunt. Itē marie egypciace q̄ a xij. etatis ſue āno parētes relinquēs alexādrinā pecijt ciuitatē vbi xvij annis ꝛ fere ampli⁹ publico aſtans loco libidinis luxurioſaꝫ p oīa vitā ꝓ lucro deportando ducebat. que poſtmodū here-mum intrauit. ꝛ p multos annos nunꝙ hominē vidit. ꝛ durā penitentiā egit. ꝛ eſt q̄ſi maria magdalena coram deo facta. ꝛ

in exemplū oibꝫ pctoribꝫ atqꝫ peccatricibꝫ data. Et vitā ipi⁹
ſcribit beatus hieronimus in vitaſpatrum.

Apud medyolanū depoſitio ſancti ambroſij epi ꝛ cōfeſſo- am c xliiij
ris filij ambroſij pfecti rome. Cū ſctūs ambroſi⁹ puer adhuc
incunabilis in atrio ptorij eſſꝫ poſit⁹. ꝛ dormiret examē apū
ſubito adueniēs faciē eius ꝛ os ita impleuit vt qſi in alpheolū
ipius intrarēt parit ꝛ exirēt. que poſtea euolātes in tantā ae-
ris altitudinē ſubleuate ſunt vt hūanis oculis minime vide-
rent. Quo viſo pater ait. Si vixerit puer iſte aliqd magnum
erit. Nā fauus mellis ſunt ſermones ſcti ambroſij. Poſtea
dum adoleuiſſet ꝛ videret mrem ꝛ ſororē ſacrā vginē manus
ſacerdotis oſculari ipe deludēs ſorori dextrā manū offerebat
aſſerens et ſibi id ab ea fieri oportere. ꝛ ſic epm ſe venturum
eſſe ſpūſancto inſtruēte memorabat. Hinc liberalibꝫ imbut⁹
literis romā egreſſus medyolonū venit ibi mortuo auxentio
epo ois pplus ꝯcurrit. ꝛ quē ſibi in epm eligerēt diſceptabāt
Sed mox vox infantis ſonuit ambroſiū epm ꝯſtituendū. Ad
hāc vocē ſedato pplo in ambroſij electōe oēs ꝯſentiūt. quo
audito ſcts ābroſi⁹ rēnuit ꝛ egreſſus eccliaꝫ tribunal ꝯſcēdit
ꝛ cōtra ꝯſuetudinē ſuā xpianis iuſſit adhiberi tormēta vt epi
ſcopatū ita a ſe remoueret. Ois aūt pplus clamauit. In nos
pctm h̄ redundat. ſciebāt eñ ipm eſſe cathecuminū. Capitur
itaqꝫ ſcts ambroſi⁹. ꝛ pmo baptizat̄. deīn in epm ordinat̄. po
ſtea Romā reuertit̄. hymnos aīas vigilias ī ecclia medyo-
laneſi cantari ꝯſtituit. Sctm auguſtinū ab hereticoꝝ errore
cōuertit ꝛ ipm baptizauit. ꝛ poſt baptiſmū ipi duo mutuo cō
poſuerūt. Te deū laudam⁹. q̄ canit̄ in feſtiuitatibꝫ ad matuti
nas. Ambroſi⁹ etiā int̄ cetera doctrine et miraculoꝝ inſignia
tempe arriane pfidie totā ytaliā ad catholicā fidem cōuertit.
Juſtina aūt regina ſocia arrianoꝝ hereticoꝝ miſit quendaꝫ
qui ambroſiū occideret qui leuans brachiū vt illum pcuteret
retrahere illud nō potuit. quia irriguerat. qui cōpunctus cō-

feſſionē ſuā faciēs ſcto ābroſio ꝙ iuſtina eū ad hoc miſerat ē
cōuerſo ſanatꝰ. Item fuit in mirrya ad exequias ſcti martini
multa ſcripſit nullū timuit ſʒ veritatē pdicauit. Itē ipatori ꝓ
hibuit ire ad ecc'iā ꝓpter ſuos exceſſus niſi publicā emēdam
ꝑus feciſſet. Et cū imparor allegaret ꝙ dauid adulteriū ho-
micidiū cōmiſiſſet. Ait ābroſius. Qui ſecutꝰ es errātē. ſeque
re eciā penitētē. Ipe ſctiſſimꝰ ābroſius deo dilectꝰ ān paſca
terminū vite ſue pdixit ꝛ ſic ipa die victor glorioſus arriano
rū feliciter obijt.

pro d xcv Theſſalonice natale ſancte hyrenis virginis que poſt tol
lerantiā carceris ſagitta ꝑcuſſa eſt a ſiſſinnio comite ſub quo
ꝛ ſorores eius ſimul agapis ꝛ thionia martyrizate ſunt.

ſi e xcvj In macedonia regione ſctoꝝ martirꝝ thimothei dijoginis
q̄ ꝓ xp̄o atrocia ſuſtinuerūt tormēta vñ ꝑpetuo coronari me-
ruerūt. Itē rōe natale ſcti ſixti pape ꝛ martyris q̄ tēporibꝫ a-
driāi vt ſibi xp̄m lucrificaret libēter mortē ſuſtinuit tēporalē
Natale ſcti egeſippi viri ſctiſſimi q̄ vicinꝰ apl'oꝝ tēpibꝫ oēs a
paſſiōe dñi vſqʒ ad ſuā etatē eccl'iaꝝ actuū texuit hyſtorias vt
q̄ꝝ vitā ſectabat̄ dicēdi q̄ʒ exp̄meret caracterē. Itē ſcti cele-
ſtini pape q̄ rexit eccl'iā ānis octo. Hic ꝯſtituit vt pſal. cana-
ret̄ ān ſacrificiū Nā ān tm̄ epiſtole ꝛ euāgelia legebātur.

veſ g xcvij Sancti appolonij martyris q̄ philemonē ꝯuertit iudicēqʒ
et ſeducētes alexādriā qui omnes ꝓ xp̄o ſubmerſi ſunt.
Item apud corinthū natale ſancti dyoniſij epi cuius erudici
tione et gracia quā habuit in v̄bo dei multi fruūtur vſque hc-
die. Claruit autē itē xp̄i electus tēporibꝫ marci antonini et
lucij et aurelij et beato fine in chriſto quieuit.

tis A xcviij Apud ātiochiā natale s. ꝓcori q̄ fuit d ſeptē p̄mis dya-
conibꝫ hic fide ꝛ miracul' ꝑclarꝰ martyrio ꝯſumatꝰ ē Itē ſe-
ptē virginū que pariter pro xp̄o coronari glorioſo martirio
meruerūt. Itē ſancti diaſtori abbatis q̄ fere cētū pater exti-
tit monnachorum qui communicantes fratres ſepe monebat

vt ad cõmunionẽ euchariſtie accederet nõ aliter quã ad mor-
tem diligentiſſime preparati.

¶ Rome natale plurimoꝝ martyrũ quoꝝ noĩa in libro vite o b lxxxix
celeſtis aſcripta ſunt. Hos ſanct⁹ alexander papa baptizauit
cũ tenerent in carcẽ. hos oẽs aurelian⁹ impator naui vetu-
ſte impoſitis in altũ iuſſit maris deduci ⁊ illic ligatis ad colla
lapidib⁹ in ꝓfundũ maris immergi fecit.

¶ Apud creatã vrbem gortinã natale ſancti philippi epi q̃ uat c C
magnis ṽtutib⁹ ⁊ optimis ſtudijs p̃ditus fuit. floruit aũt tem-
porib⁹ anthonini veri ⁊ lucij aurelij impatoꝝ. Itẽ ſancti di-
uini heremite in quo multa erat grã qui ſcorpiones ⁊ cera-
ſtas .id eſt cornutos calcabat ⁊ cetera venenata. Itẽ in dal-
macia ſanctoꝝ octo militũ qui chriſtũ negare nolentes ꝓ ei⁹
nomine occiſi ſunt. ⁊ gloria ⁊ honore coronati.

¶ Rome via aurelia natale beati iulij pape qui ſub cõſtan- at d cj
tio impatore decem mẽſib⁹ tribulatões et exilia ꝑpeſſus. poſt
eius mortẽ cũ magna glã ad ſuã ſedẽ reuerſus quieuit in pa-
ce. Itẽ apud veronẽſem vrbẽ zenonis epi ⁊ martyris q̃ in me-
dio pſecutionũ mirabiliter rexit veronẽſem eccliam. Et tem-
pore galieni impatoris ꝓ xp̄i omib⁹ martyr glorioſus eſt effe-
ctus. In huius eccl'ia pplus ꝓpter inundantiã athesis flumi-
nis ꝯfugerat. vt ſcribit beatus gregori⁹. et aqua vſqꝫ ad fene-
ſtras ſupius aſcẽdit nec gutta intrauit. ita vt hoies intrinſec⁹
exiſtẽtes ad ianuã aquã tãgerẽt ⁊ haurirẽt. ꝓpter merita mar-
tyris zenonis fama etiã apud pleroſqꝫ firma eſt atqꝫ fides. vt
quicunqꝫ fidelis in ſuo feſto ab ope ſeruili deſiſtat q̄ a grãdi-
ne ſit ſecurus.

¶ Apud arrogoniã herminigildi regis quẽ pater ipſius rex cʒ e cij
arrogonie puertere nitebat ad hereſim arrianã p̄uãdo eum
regno ⁊ in vinculis alligãdo q̄ ipe ꝓ nihilo ducẽs firmus in
fide ſtetit ieiunus cilicio indutus ſemꝑ orãs. Ad quẽ in ſacra-
tiſſima nocte paſce epm arrianũ mittens cum ſibi cõtrarium

inueniſſet miſit qui eũ pcuteret in capite cũ ſecuri. Ad cuius ſepulcrũ pſalmodia icepit audiri et lumiaria videri noctib⁹ et demonia eici et fieri plurime ſanitates.

xi f ciij ¶ Rome via apia natale ſctoꝝ martyꝝ tiburcij valeriani et maximini q̃ ſub almachio iudice ſunt paſſi quos ſctiſſima cecilia ad martiriũ aiauit. Quoꝝ pmi duo ſunt fuſtib⁹ ceſi poſtea gladio pcuſſi terci⁹ tam diu plũbatis ceſus eſt donec ſpiritum exalaret.

bril g ciiij ¶ In ciuitate corduba natale ſctoꝝ martyꝝ oliſpiadis ⁊ maximi nobiliũ q̃ iubẽte decio. Prio fuſtib⁹ ſunt ceſi. ſcdo plumbatis. tcio capita coꝝ ſecurib⁹ tuſa ſunt donec ſpm̃ emitterẽt.

ti A cv ¶ Scti amonis q̃ cõtra latrones q̃ ei panẽ auferre volebant q̃ ſolo veſcebatᷣ duos dracones añ oſtiũ cellule collocauit a qb⁹ territi ab ei⁹ deinceps moleſtia deſiſtebãt. Itẽ in ceſaria auguſta natale ſcti optati ⁊ alioꝝ xvij. martiꝝ hij oẽs ſub daciano hiſpanoꝝ pſide penis varijs affecti interẽpti ſunt.

et b cvj ¶ Scti amonis i egipto qui pr̃ fuit innũerabiliũ monachoꝝ qui icredibilᷣ erat abſtinẽtie. Nec poterãt illi monachi adinuicẽ ſeipſos cõgnoſcere qꝛ capucijs velebantᷣ ⁊ nõ min⁹ quam tres in ſingulᷣ cellulis hitabãt. Itẽ apud africã natale ſancti mappaliti martyris q̃ vt beatus ſcribit ciprian⁹ in epiſtola ad martyres ⁊ ꝯfeſſores cũ alijs plurimis martyrio coronat⁹ ẽ.

va c cvij ¶ Apud meſſanã apulie ciuitatẽ natale ſanctorũ eleutherij epi et anchie matris eius. Qui cũ eſſet ſanctitate ⁊ miraculis clarus ſub adriano principe q̃ fuit pſecutor eccleſie. pmo lectũ ferreũ ignitũ. Scdo craticulã ignitã ſuſtinuit. Tercio ſartaginẽ cum oleo pice ⁊ reſina repletã ſupauit. Quarto leonibus traditᷣ ſed ab eis nõ laceratᷣ nec leditᷣ. Quĩto ſãct⁹ martyr cum matre ꝑpa iugulatur p fide catholica.

ler d cviij ¶ Apud corinthũ natale ſcti thimonis dyaconi de ſeptẽ primis qui primo apud beorenã doctor reſedit ac deinde verbum domĩ diſſeminans venit corinthum ibiq; a iudeis et grecis vt

traditur flamis iniectus. ſed nihil leſus eſt de hinc cruci affix⁹
martyriū ſuū impleuit. Item ſancti frātonij abbatis q̇ ſecum
lxx. monachis cōtulit in deſertū ꝯmittēs ſe deo ⁊ euāgelio di-
cēti. noli cogitare de craſtino. Sed cū murmurarēt monachi
deficiētes in alimētis. ⁊ ipe ſermonibꝫ mitibꝫ eos teneret qui
dā diues monit⁹ nocte ꝑ viſum vt ſeruis dei cibū mitteret ne
male ſibi fieret habito cōſilio q̇dā ꝯſuluerūt vt camelos onu-
ſtos mitteret euagari vt ſi res nō adeſſet vt mitteret aīalia qđ
⁊ fecit. Et recipiētes monachi ſancti frōtonij mun⁹ deū bn̄di
cebant ⁊ remittebāt camelos dn̄o ſuo qui ſaluos recepit inue
niēs medietatē oīm que miſerat q̄ ſanct⁹ abbas remiſit timēs
auariciā q̄ diues ille paupibꝫ dedit in elemoſynas. Sꝫ et dn̄s
nr̄ ih̄s xp̄s illis diuitibꝫ p̄cepit paſcē diſciplos ſcti frōtonij.

Sancte domicille virginis q̄ a v̓ginibꝫ inducta eſt vt reci- ſan e cix
peret ſpōſum. Rn̄dit prudēs domicilla. Cū nobiles ſpōſos ha
beatis. Si aliq̇s aīmos v̄ros ad ignobiles flectē vellet. nūq̄
cōſentire deberetis. Cui ille h̄ deus auertat. quibꝫ illa ſic nec
ego a nobili ſponſo meo dn̄o ih̄u xp̄o q̇ mira fecit in mundo.
Tūc ad p̄ces theodere frēm eius herodē cecū ⁊ filiā nutricis
ſue mutā domicilla xp̄i ſpōſa orādo ſanauit. vn̄ hoīes q̇ aderāt
xp̄o crediderunt. Itē rome natale ſctoꝝ martyrū ſupplicij ⁊
ſeruiliani q̇ p̄dicatōe ⁊ miraculis domicille v̓ginis ad fidē xp̄i
ꝯuerſi. cū nollēt ydol̓ ymolare a p̄fecto auiano capite ceſi ſūt.

Apud p̄ſidē natale ſācti ſymeōis ep̄i ⁊ martyris q̇ iubēte cti f cx
ſapore rege pſarū ꝯprehēſus ferroqꝫ onuſt⁹ cū de dn̄o ih̄u xp̄o
libera voce ⁊ ꝯſtātiſſime teſtaret̄. p̄mo carcerali ergaſculo cū
alijs centū clericis q̇bꝫ alij ep̄i. alij p̄ſbr̄i. alij diuerſoꝝ erāt or
dinū clerici macerat⁹ nouiſſime cū oībꝫ iuſſus ē parit̄ decollari

In perſide triū ep̄oꝝ ⁊ ducētoꝝ clericoꝝ et. l. monachoꝝ ꝗ g cxi
⁊ multarū v̓ginū q̇s oēs rex pſarū exungulari fecit. Cū quibꝫ
ſancta virgo tharbea ſoror ſancti ſymeonis cū pediſſequa ſua
ſerra ſciſſa eſt. Item in lugduno natale ſancti epidodij marty-

ris q̄ pſecutione anthonini viri poſt illata ſibi grauia tormen
ta martyriū capitis abſciſſione cōpleuit.

ge A cxij In pſida ciuitate dyoſpoli paſſio ſancti georgij martyris
Hic miles ⁊ tribun⁹ capadocie fuit. Hic filiā regis a deuora
tōe draconis liberauit. Tempe aūt dyocleciani ⁊ maximiani
cū videret dacianū pſidē ſeuire i xp̄ianos militarē habitū ab
iecit chriſtianoꝝ habitū induit ⁊ in mediū pſiliēs exclamauit
Omēs dij gentiū demonia. dn̄s aūt celos fecit. tūc pſes irat⁹
dixit. Qua pſumptione audes deos meos demonia appellare.
Iuſſit ḡ eū in eculeo leuari. et mēbratim corp⁹ eius vngulis
laniari. Appoſitis igit̄ ad latera eius facib⁊ ardētib⁊ patētib⁊
viſcerū rimis. ſale plagas ei⁹ fricari iuſſit. Eadē nocte dn̄s cū
ingēti lumie ei apparuit ⁊ eū ꝯfortauit. Tūc dacian⁹ miſit eū
in carcerē ⁊ vocauit athanaſiū magū vt auerteret georgium
Cūq3 btūs georgi⁹ potationē toxicatā ab eo accepiſſet et bi-
biſſet nec aliq̄d mali ſenſiſſet credidit athanaſi⁹ magus i dn̄m
ihm xp̄m. ⁊ ſtatim decollat⁹ eſt. Sequēti die georgius ponit̄
in rotā gladijs bis acutis vndiq3 circūſeptā ſtatim rota fran
git̄ et georgi⁹ illeſus iuenit̄. Tūc iuſſit eū in ſartaginē plūbo
liquefacto plenā ꝓijci. ipe vero illeſus exiuit. Poſtea geor-
gius venit ad ſtatuas iouis ⁊ appollinis ⁊ herculis ſimulans
ſe velle ymolare aſpiciēs i celū dixit. Dn̄e ihu xp̄e fac iſta ydo-
la in cinerē fluere mō cere a facie ignis. Mox templū cū ydo
lis ⁊ ſacerdotib⁊ ⁊ mltitudine paganoꝝ ſubuerſū ē ⁊ i cinerē
redactū. Tūc dacian⁹ irat⁹ iuſſit ſctm georgiū ſup terrā ſterni
⁊ p lutū plateaꝝ tradi ⁊ tandē gladio necari. ⁊ ſic victor glio
ſus migrauit ad xp̄m. Dacianū vero cū ſuis miſtris ignis d̄ celo
ꝯbuſſit. Itē felicis pſbiteri fortunati ⁊ achillei dyaconū q̄ ꝑ
fide a duce cornelio. Primo i carcerē truſi ſūt. Scđo diutiſſi
me verberati. Tercio crurib⁊ ꝯfracti. Quarto rotaꝝ vertigi-
ne aſtricti. Quinto in eculeū ſuſpenſi ⁊ fumo infra ipos accē
ſo. Sexto decollati ſunt.

¶ Sãcti adalberti epi bragẽ͂. qui duodecim paupes quoti- oꝛ b xxiij
die secũ habuit in mensa ⁊ in festiuitatib⁹ tam plures quã po
tuit. qui sup nudã terrã iacuit ⁊ lapidẽ ꝓ cussino ⁊ ciliciũ die
noctuqꝫ portauit. Cibũ hora vesparũ sumpsit nisi esset festum
pcipuũ. qui cernẽs gregẽ in bohemia sibi cõmissum esse dure
ceruicis et cũ nolle sequi ad infideles se trãstulit pdicãd fidẽ
catholicã. Primo iuit ad poloniã. ⁊ ibi multos ad fidẽ ꝯuer
tit. Scdo panoniã. Tercio prusiã intrauit. Demũ ab infide-
libus capt⁹. Primo pugnis eũ verberauerũt. Scdo fustibus
eũ ad caput suũ pcusserũt. Tercio lãceis transfix⁹ est. Quar-
to decollatus est. Itẽ in lugduno gallie natale sancti alexan
dri martyris q̇ psecutõe antonini veri post carceris custodiã
pmo ita laniat⁹ est crudelitate verberantiũ vt interiora visce
ra eius pãderent̃. Deinde crucis affix⁹ patibulo beatũ spm̃ ex-
animatus emisit. passi sunt aũt cũ eo ⁊ alij in nũero xxxiiij.

¶ Apud alexandriã natale sancti marci euãgeliste. Hic di- már c xxiiij
scipulus ⁊ intpres petri apli rogat⁹ a frib⁹ rome scripsit euã-
geliũ de ore sancti petri. quo assũpto perrexit in egyptũ pmusqꝫ
alexãdrie xpm ãnuncíãs instituit multas ecclesias. Que pa
gani cernẽtes in die pasce solẽnia celebrantẽ funẽ miserũt in
collũ eius ⁊ extraxerũt eũ p saxa. ita q carnes eius defluebant
⁊ saxa cruẽtata sunt. Vespe aũt missus est in carcerẽ vbi i me
dia nocte angelica visitatõe cõfortat⁹ est. Post ipe dñs iesus
xps ei apparuit ⁊ ad celestia fercula eum inuitauit. ⁊ cum ma
ne iterũ traheret̃ p ciuitatẽ et plateas expirauit. ⁊ eodem die
ieiunamus ne subitaneã mortem incurram⁹

¶ Rome sancti cleti pape ⁊ martyris qui secũdus post btm c d xxv
petrũ apłm cũ rexisset eccłiam ãnis xij. psecutõe dominiciani
coronatus est. Itẽ sancti marcellini pape. Cui⁹ tpe fuit maxi
ma psecucio sub pessimo dyocleciano. ita vt infra vnũ mẽsem
xvij. milia martyrũ ꝓmiscui sexus martyrio coronarent̃. Qui
cũ rexisset ecclesiã ãnis ix. ⁊ mẽsib⁹ iiij. a dyocleciano ꝓ fide

xp̄i cū claudio cirino ⁊ anthonio capite trūcat⁹ eſt. qui marty res xxx. dies iacuerūt nō ſepulti. qꝛ dyoclecian⁹ ꝓhibuit ne q̇s eos ſepeliret. poſtea a b̄t̄o marcello ſucceſſore ſuo ſepulti ſūt.

B e xvj ¶ Sancti anaſtaſij pape. Hic ordinauit ne q̇s ſederet dum ſa cra euāgelia legunt̄ in eccl̄ia. Itē apud Nycomediā anthi mij ep̄i ⁊ martyris q̇ pſecutōe dyocleciani ob ꝯfeſſionē xp̄i vt in eccl̄iſtica ſcriptū eſt hyſtoria martyrij gl̄iam capitis abtrū catōe ſuſcepit. Secuta eſt q̄ꝫ illū pene uniuerſa gregis multi tudo ſup eādem martyrij. viā quoꝝ aliquos iuſſit gladio ob truncari alios ignibus conſragari alios nauiculis impoſitos pelago immergi p̄cepit.

vi f xvij ¶ Apud rauennā natale ſc̄ti vitalis martyris qui cū corp⁹ b̄t̄i vr̄ſi furtim ſublatū honeſtate debita ſepeliſſet tent⁹ a pau lino ꝯſulari. Primo ī eculeo eſt ſuſpēſus ⁊ diu vngulis lania tus. Sc̄d̄o ī foueā ꝓfundā ꝓicit⁹ terra ac lapidibꝫ obrut⁹ ē ta'i q̄ꝫ martyrio migrauit ad xp̄m. Huius ſancti martyris filij erāt illuſtriſſimi martyris ſc̄ti geruaſi⁹ ⁊ ꝓthaſi⁹ quoꝝ mater ſc̄ta valeria. qꝛ ſacrificare noluit vſqꝫ ad mortē mactata fuit.

ta g xviij ¶ Apud mediolanū paſſio ſancti petri martyris. hic nouus martyr de ordine p̄dicatoꝝ fidei pugil egregi⁹ de ciuitate ve ronēſi extitit oriund⁹. Cū aūt adhuc eſſet ſeptē annoꝝ etate ⁊ a ſcolis rediret a patruo q̇ hereſim ſapiebat q̇d nā in ſcolis didicerit interrogat̄. Rn̄dit ſe didiciſſe. Credo in deū patrem om̄ipotentē factorē celi ⁊ terre. Patru⁹ vero beati petri indi gne ferens a puero ſe ꝯfuſum patri totū ꝙ m̄t ſe geſtū fuerat retulit ⁊ vt petꝝ a ſcolis remoueret modis oībꝫ ꝑſuaſit. Pa ter fr̄is monitis aſſenſum nō p̄buit ſperās ꝙ ꝑ aliquē hereſi archā ad ſuā ſectā eū trahi faceret cū in gramaticalibꝫ fuerit eruditus. Uidēs puer ſc̄s nō eſſe tutū cū ſcorpionibꝫ habita re mundū parteſqꝫ deſpiciēs mūdus ip̄e fratrū p̄dicatoꝝ or dinē introiuit. In q̊ xxx. vere ānoꝝ ſpacio deuote ⁊ laudabi liter vixit virginitatēqꝫ mētis ⁊ corpis ſemꝑ illibatā ſeruauit

nec alicuiꝰ mox talis criminis vnq̄ ꝯſenſit ꝯtactu. ſicut ſuoꝝ
cōfeſſoꝝ fideli teſtimonio ē ꝓbatū. Et q2 ſuus delicate nutriꝰ
ꝓteruit i dn̄m. carnē ſuā aſſidua cibi ⁊ potꝰ parcitate reſtrin
xit. Nocturna q̄dē ſilētia poſt dormitionē breuē decurrebat i
ſtudijs lectionū. ⁊ ſōnij tempꝰ vigilijs occupauit. Diē aūt im-
pēdebat comodis aīaꝝ p̄dicādo. ꝯfeſſiones audiēdo. aut here
ticoꝝ dogmata varijs validis rōnibꝰ ꝯfutādo. In q̄bꝰ ſpecia
li dono gr̄e noſcit̄ claruiſſe feruēs q̄ȝ amator fidei ⁊ ob h̄ mor
tē ſubire cupiēs h̄ ꝑncipalit̄ a dn̄o poſtulauit. vt q̄ nō ſineret
eū ab hac luce migr̄e niſi ſumpto ꝑus calice paſſiōis. Vn̄ ipē
ſc̄ts petrꝰ nō ē fraudatꝰ a deſiderio. q2 fuit martyr p̄dicator ⁊
v̄go. Et in h̄ aſſimilat̄ ſc̄to iohāni baptiſte. Dū aūt ſc̄ts petrꝰ
fidē catholicā ꝯtra hereticos impterritꝰ p̄dicaret. ⁊ de ciuita
te cumana vbi p̄or erat ſuoꝝ fratrū medyolanū tēderet ꝓ exe
quēda inq̄ſitōe ꝯtra hereticos impterritꝰ p̄dicaret. ⁊ de ciui-
tate cumana vbi p̄or erat ſuorū fratꝝ medyolanū tenderet ꝓ
exequēda inq̄ſitōe ꝯtra hereticos ſibi ab ap̄lica ſede cōmiſſa.
In via ab hereticis occiſus ē. ⁊ in medyolano ſolēnit̄ ſepultꝰ
in ꝯuētu ordinis p̄dicatoꝝ vbi glo̾ioſiſſimis miracul̄ claruit. lis A cxix
¶ Sāctoꝝ martyrū marriani ſubdyaconi ⁊ iacobi dyaconi
qui ambo ſub decio poſt ex̄q̄ſita ſupplicia diu in carcere ma-
cerati ſunt. ita vt marrianꝰ ꝑ ſūmitates pollicum ſuſpenſus et
graui p̄odere pedibꝰ eius ānexa diuerſimode cruciatꝰ eſt. Tā
dem poſt diuinas ꝯſolationes ambo gladio cōſumati ſunt.

## Maius

NAtale beatoꝝ ap̄loꝝ philippi ⁊ iacobi. Philippꝰ cū phi b cxx
poſt paſſionē dn̄i noſtri ih̄u xp̄i fere ſichyā ad fidem
cōuertiſſet ſtatue martis ymolare cōpellitur. Tunc
ſubito ingens draco de ſub baſe martis exijt et filium ponti-
ficis duoſq; tribunos extinxit ceteroſq; flatus ſui fetore adeo
infecit vt om̄es morbidi redderent̄. Dixitq; philippꝰ. audite
me ⁊ ſani eritis. ⁊ qui mortui ſunt reſurgent. deijcite matrē ⁊

cõfringite eũ ⁊ in eius locũ crucẽ xp̄i ponite. qui ſtatiꝫ deiece
rũt eũ. quo deiecto apl's p̄cepit draconi vt fugeret in deſertũ.
qui fugiẽs vlt' nõ apparuit. Uiri aũt ibi mortui ab apl'o ſuſci
tati ſunt. ⁊ plebs morbida ↄualuit. Uniuerſa aũt plebe peni-
tentiã agẽte ⁊ ↄuertẽte ad dñm tunc ordinatis ep̄o ⁊ clericis
eccleſijs ↄſtructis reuerſus eſt in aſiã i ciuitatẽ q̄ vocat' hiera
polis vbi expletis lxxvj. ãnis ab infidelib' eſt crucifix⁹. ⁊ i ipa
cruce lapidat⁹. ⁊ ſic migrauit ad xp̄m. Sꝫ iacob' iſte apl's ẽ vo-
catus iacob' alphei ⁊ filius alphei. Itẽ vocat⁹ eſt frat' dñi ex
eo q' ſimilim⁹ ſibi fuiſſe ꝓhibet'. Uñ cum iudei ad capiendum
dñm p̄gerẽt a iuda ſignũ oſculi acceperũt. Itẽ vocat⁹ eſt iaco
bus minor ad differentiã iacobi zebedei. licet iacob' zebedei
nat⁹ ſit p̄or. fuit tñ vocatõe poſterior. Itẽ vocatus eſt iacob'
iuſtus ꝓpter meritũ excellẽtiſſime ſctitatis. Nã ſcd̃m hiero-
nimũ tante reuerẽtie ⁊ ſctitatis in ppl'o fuit vt fimbria veſti-
mẽti eius certatim tangẽ cuperẽt. Uñ eius ſctitate ſic ſcribit
egeſipp⁹ ſicut i eccl'iaſtica hyſtoria legit'. Suſcepit inq̄t eccle
ſiã frat' dñi iacob'. q̄ ab oib' noĩatus iuſt⁹ ab ipius dñi tẽpo-
rib' p̄durãs vſqꝫ ad nos. Hic ex vtero mr̄is ſue ſanctus fuit
vinũ ⁊ ſicerã nõ bibit. carnes nunq̄ manducauit. ferrũ in ca-
put eius nõ aſcẽdit. oleo nõ eſt vnct⁹. balneis nõ ẽ vſus. ſyndo
ne veſte linea ſemp̄ indutus. totiẽs in orõne genua flexerat vt
calles in genib' ſicut i caleaneis videret' hr̄e. Hic ſolus inter
apl'os ꝓpter nimiã ſctitatẽ ſuã p̄mittebat' in ſancta ſanctorũ
intrare. hec egipp⁹. hic p̄mus inter apl'os miſſam celebrauit.
Nã ꝓpter ſue ſctitatis excellentiã apl'i ſibi hũc fecerũt hono-
rem. vt p̄mus poſt aſcenſionẽ dñi inter eos miſſam hieroſoli-
mã celebraret. etiã anteq̄ ep̄s eſſet ordinat⁹ ibidẽ. ſicut dicit
ioſephus in paraſceue mortuo dño nr̄o ih'u xp̄o. Iacob' vo
tum vouit nõ ſe ↄmeſturũ donec videret dñm a mortuis reſur
rexiſſe. In ipa aũt die reſurrectõis cũ vſqꝫ ad diẽ illã iacob'
cibũ nõ guſtaſſet eidẽ apparuit dñs ac eis q̄ cũ ipo erãt dixit.

Ponite mēſam ⁊ panē. deinde panē accipiens bñdixit ⁊ dedit
iacobo iuſto dicēs. Surge frī mi ⁊ comede. qꝛ fili⁹ hoīs amoꝛ
tuis reſurrexit. Septimo aūt āno epatus eius cū ad diē paſce
apl'i hieroſolimā cōueniſſent interrogāte eos iacobo q̄nta ꝑ
eos dñs feciſſet coꝛā pplo referebāt. Erat illis dieb⁊ diſſen-
ſio in pplo de ihū alijs dicētib⁊. qꝛ bon⁹ eſt. alijs aūt dicētib⁊
ecōtra qꝛ malus eſt. Septima aūt die feſtiuitatis paſce cū ia-
cob⁊ cū alijs apl'is in templo p̄dicaſſet. venerūt ſcribe ⁊ phari
ſei putātes iacobū eis velle ꝯſentire ⁊ dixerūt iacobe fue dei
Jam oīs ppl'us iudeoꝝ ⁊ gentiliū ad diē feſtū ꝯuenit ⁊ q̇d de
xp̄o credat penit⁹ ignoꝛat. ⁊ ideo aſcēde ſuꝑ pinnaculū templi
⁊ q̇d de eo ſentiendū ſit palā edíſſere. Nos eīn verboꝝ tuoꝛū
veritati teſtimoniū ꝑhibem⁹. Cumqꝫ pinnaculū templi aſcen
diſſet clamauit dicens. Viri iſrahelite audite me ⁊ ſcitote ꝙ
dñs nr̄ ihs xp̄s añ ſecula a deo patre natus his nr̄is tempoꝛi
bus ſub herode de v̄ginali vtero marie carnē aſſumēs nat⁹ in
mūdo ſub pōcio pylato. paſſus tercia die de moꝛte reſurrexit.
Nobiſqꝫ videtib⁊ poſt xl. dies celos aſcēdit. ⁊ ſpūſanctū q̇n-
quageſimo die nobis miſit et oīm linguarū atqꝫ ſcripturarū
noticiā dedit. Hoc dicto multi acclamantes teſtimoniū dede-
runt iacobo gl'ificātes ⁊ laudātes deū. Tūc ſcribe et phariſei
ceperūt ad inuicē dicere. Male fecimus ꝙ tale teſtimonium
ꝑſtati ſumus de ihū. ſed aſcēdam⁹ ⁊ p̄cipitem⁹ eū deoꝛſū vt
ceteri terreant̄ ⁊ ei credere nō p̄ſumāt. Et oēs ſimul voce ma
gna exclamauerūt dicētes. O o ⁊ iuſt⁹ erat. Aſcenderūt ergo
⁊ p̄cipitauerūt eū. ⁊ poſtea lapidauerūt eū. ipe vero ꝓ eis ro-
gauit dicēs. Dñe dimitte eis. qꝛ neſciūt q̇d faciūt. Tūc vn⁹ ex
ſacerdotib⁊ de filijs rachaeli exclamauit. Parcite q̄ſo q̇d faci
tis ꝓ nobis oꝛat hic iuſtus quē lapidatis. Tūc vnus ex ipſis
fuſtē fullonis arripiēs valido ictu caput eius impegit ⁊ cere-
brum excuſſit. Fideles aūt coꝛp⁹ eius cū oīm reuerētia iuxta
templū hieroſolimoꝝ vbi et p̄cipitat⁹ fuerat ſepelierūt anno

dñi liiij. Itē walpurge virginis que eſt patrona dyoceſis ey-
ſtetenſis. ⁊ ibi corruſcat magnis ⁊ multis miraculis.

lip c cxxi Natale ſancti athanaſij alexādrine vrbis epi ⁊ ꝯfeſſoris.
In hui⁹ ꝑſecutione vniuerſus pene ꝯiurauit orbis. ⁊ cōi oti
ſunt ꝑncipes terre gētes regna ⁊ exercit⁹ fecerūt cōtra eum.
multaſq; arrianorū ꝑpeſſus inſidias toto orbe ꝓfugus agit.
nec ei vllus ad latendū ſupeſſet locus dum ad inueſtigādum
eum oēs mouent̄ quē ſctūs martin⁹ treuereñ. archieps ad ſe
ſuſcepit et eū occultauit in puteo ſicco. vbi latitās aliquā diu
impleuit ſymbolū. Quicūq; vult ſalu⁹ eſſe. Hic etiā cōpoſuit
vitā ſancti anthonij in volumie magno. Morit̄ aūt xlvj. āno
ſacerdocij ſui poſt multos agones mľtaſq; patientie coronas
tpe valētiniani ⁊ valētis. Itē ſcti Sigiſmūdi regis burgūdio
rū q̄ edificauit mōſteriū auganenſiū marthyꝝ thebeoꝝ q̄ poſt
obtrūcationē capitis a francis cū vxore ⁊ filijs i puteū dimer
ſus occubuit. Vñ angel⁹ dñi apparēs cuidē abbati dictos ſan
ctos de puteo leuari iubet. poſt hec i dicto mōſterio ſūt ſepulti.

crux o cxxij Jeroſolimis inuentio ſancte crucis ab helena regi-
na ſub ꝯſtantino ꝑncipe. Dicit̄ autē crux eſſe inuēta
mľtis modis. Primo a ſeth i terreſtri paradiſo legit̄
eñi in euāgelio nycodemi. q̄ cū adā infirmaret̄. Seth portas
paradiſi terreſtris adijt ⁊ oleū miſcdie quo corp⁹ pr̄is punge
ret vt ſanitatē reciperet poſtulauit. Angelus eidem ramuſculū
quendā obtulit ⁊ iuſſit vt mōte libani plātaret̄ q̄ ram⁹ i arbo
rē magnā creuit. ⁊ vſq; ad tpa ſalomōis pdurauit. Scdo crux
inuēta fuit a ſalomōe in mōte libano. Cū eñi ſalomō templū
edificaret. vidit arborē in mōte libano tam pulcrā ipam ꝑce-
pit incidi ⁊ in domo ſalt⁹ locari. Nuſq̄ tñ vt ait iohes beleth
locari poterat nec alicui loco apta repiri volebat. ſed mō aut
excedebat longitudine aut deficiebat nimia breuitate ob hoc
indignati artifices ipam reprobauerūt. ⁊ ſup quendā lacū vt
eſſet pons trāſeuntibꝫ ꝓiecerūt. Tercio crux iuenta a regina

Saba in ſalomōis templo regina ſaba cū veniſſet audire ſapi
entiā ſalomōis ⁊ p̄dictū lacū trāſire vellet vidit ī ſpū ꝙ ſalua
toꝛ mūdi ī illo ligno ſuſpendēdꝰ fuerat. ⁊ ideo ſuꝑ illud lignū
trāſire noluit. ſʒ ipm̄ ꝓtinꝰ adoꝛauit. In hyſtoꝛijs aūt ſcolaſti
cis legit̄ ꝙ regina ſaba illud lignū vidit ī domo ſaltus ⁊ ſalo-
moni intiauit ꝙ ī lingno q̇dā ſuſpēdendꝰ eſſet ꝑ cuius moꝛtē
regnū iudeoꝝ deleri deberet. Salomō aūt p̄dictū lignū ſuſtu-
lit ⁊ ī ꝓfundū terre dimergi fecit. Quarto crux īuenta fuit a
iudeis in aq̄ piſcine pꝰ aliq̇d tempꝰ facta ē ꝓbatica piſcina in
eodē loco vbi p̄dictū lignū abſconditū fuerat. in q̊ ſcʒ piſcina
nathinei hoſtias abluebāt. Et ideo nō ſolū ex deſcenſu āgeli ſʒ
etiā ex v̊tute ipiꝰ ligni tradit̄ ibi fieri aq̄ ꝯmotio ⁊ infirmoꝛū
curatio. Tempe aūt paſſiōis xp̄i p̄dictū lignū ſuꝑnataſſe dicit̄
Cū aūt illud iudei vidiſſent ipm̄ lignū acceperūt ⁊ crucē dn̄o
parauerūt. Quinto crux īuenta fuit ab helena in mōte calua-
rio āno em̄ cc.xxxiij. poſt paſſionē dn̄i regnāte ꝯſtantino. cō-
gregata eſt gēs barbaroꝛū ſuꝑ danubiū dimicantiū cōtra cō-
ſtantinū. Uidēs aūt eoꝝ multitudinē impatoꝛ ꝑtimuit valde ⁊
cū ingēti terroꝛe eſtuaret̄ ꝑ totā noctē venit ad eū vir ſplēdi-
dus ⁊ dixit ei. Noli timē̂ reſpice ī celū. Impatoꝛ vero inten-
dēs in celū vidit ſignū crucis xp̄i. cui inſcriptū fuit aureis lr̄is
in h̄ vinces. Conſtantinꝰ vexillis crucis ſignū impoſuit. ⁊ ſic
barbaros triūphās ſtrauit. Romū aūt egreſſus Euſebiū ro-
manū ep̄m vocauit ⁊ ab eo inſtructꝰ baptizatꝰ eſt ⁊ tēpla ydo
loꝝ vbiqʒ deſtruxit. Ipe aūt cū de paſſiōe dn̄i legeret miſit ad
mr̄em ſuā helenā q̄ tūc hieroſolimis erat vt a iudeis exq̇reret
lignū ſancte crucis. helena collectis oībꝫ iudeis dixit. Audite
ſermōes meos diligēter ex v̊bis ꝓphaꝝ xp̄m dei naſciturū no
uiſtis. Ite ⁊ ex vob̄ eligite viros q̇ngētos ſapiētioꝛes vt mihi
rn̄deant q̄ eos intꝛogauero ⁊ iuſſit eos teneri ī cuſtodia. De-
inde ex ill̄ viris lxx. electis. Helena dixit. Niſi mihi indicaue
ritis ꝙ ego voluero oēs ſimul ꝑibitis et iuſſit eos teneri ſub

custodia militū. Jlli ergo oēs timuerūt mirātes q̄d nam actu
ra esset regina. Et ait iudas. Scio q̄ꝛ de cruce xp̄i faciet q̄stio
nē. zachē9 aūt auus meus symeoni patri meo. ⁊ ille moriens
in intimauit dicēs. Juda fili mi si q̄situ̅ fuerit de lingno sancte
crucis dic vbi sit anq̄ paciaris. q̄d ꝑ vobis videt̄ dicūt illi vi
de ne dixeris. Cumq̄ꝫ helena de ligno sc̄te crucis q̄reret. ⁊ illi
nihil dicē vellēt. p̄cepit eos oēs igne cremari. illi vero timen
tes tradiderūt iudā. Dicit illi regina. Mōnde mihi lignū sancte
crucis vel fame morieris. Cū aūt instāter affirmaret se nesci
re iussit eū in lacū siccū mitti. Die vero septīa clamauit iudas
de lacu dicēs. Educite me ⁊ ondā vob̄ lignū crucis. Cūq̄ꝫ ascē
disset de lacu p̄rexit ad locū vbi crux abscōdita erat. ⁊ cū oras
set iudas cōmot9 est loc9 ille ⁊ odor suauissim9 ibi ascēdit. Ce
perūt ꝑ xx. passus fodē ⁊ īuenerūt tres cruces q̄s ferētes in ci
uitatē nesciētes q̄ triū istarū esset xp̄i. Nam cetē due erāt la
tronū q̄ crucifixi fuerāt cū xp̄o. Hora aūt diei none efferebat̄
mortu9 in ꝑbato ⁊ iudas replet9 gaudio iussit deponi feretrū
⁊ vt q̄ꝫ cruce supposita nō surrexit mortu9. tercia at̄ supposita
sc̄ꝫ xp̄i surrexit mortu9. Bt̄a helena ī eodē loco eccl'iaꝫ fabri
cari fecit. Crucē dn̄i auro ⁊ argēto ornauit. ⁊ in eadē ecclesia
honorifice collocauit. Judas aūt baptismate accepto ep̄o hie
rosolimitano helena ꝓcurante successit ei. ⁊ mutato noīe vo
catus ē q̄riac9. Helena at̄ recordata clauoꝝ dn̄i rogauit ep̄m
p̄recare dn̄m. Juit ꝑ ep̄s ad locū caluarie ⁊ sub nixe orauit ⁊
coruscatōe supueniēte magna locū illūinantē thesaurū abscō
ditū designauit. Regina accipiēs clauos fecit in saliuarios ī
freno eq̄ regis ꝓ victoria belli. vt impleret̄ ꝓp̄hia q̄ dicit ⁊ erit
ī die illa q̄ ī freno ē eq̄ sc̄m dn̄o vocabit̄ Jtē sc̄te helene impa
tricis rōnoꝝ q̄ fuit mr̄ sc̄i cōstātini impatoris q̄ hodierna die
sc̄taꝫ crucē īuenit q̄ in extremis posita audiuit vocē de celo di
cēs sibi. Surge ꝓpera amica mea spōsa mea veni coronaberis
quā merito oēs xp̄iani diligē dn̄t et eā īuocare fiducialit̄. q̄ꝛ ē

adiutrix eam deuote inuocātib⁹ in oib⁹ necessitatib⁹ ⁊ tribula
tionib⁹. quā etiā sctūs ambroſius valde cōmendauit. Itē rome
sanctoꝝ martyrū alexādri pape euencij ⁊ theoduli pr̄sbiteroꝝ
sub pncipe adriano. Quoꝝ pmus alexāder primo ꝓ fide xpi
vinculat̄ ⁊ incarceratur. Scdo in eculeo leuat̄ vngulis p to
ta membra laniat̄. Tercio lampadib⁹ ardentib⁹ exustus est.
Quarto in furnū cū euentio dorſis colligatis pijcit̄. Tūc di
xerūt igne nos examinasti. ⁊ nō est inuēta in nobis iniquitas
Quito euētius ⁊ theodol⁹ occidūt̄. Sexto alexāder p oia mē
bra cū xxx. ſubulis pungit̄ vſq₃ ad mortē. Et statī₃ audita est
vox de celo dicens aureliano. Istis dabit̄ paradiſus tibi aūt
infernus. qui statim cecidit et ꝓpriam linguā masticauit. et p̄
dolore miſerabiliter obijt.

Apud nycomediā natale anthonie martyris q̄ nimiū tor- flor e xxiij
ta ⁊ varijs afflicta cruciatib⁹ i vno brachio trib⁹ dieb⁹ ſuspen
ſa ⁊ in carcere biēnio detruſa ad vltimū in cōfeſſiōe dn̄i flāmis
exusta ē. Itē scti qriaci magni martyris ⁊ epi hieroſolimita-
ni qui p̄ius vocabat̄ iudas vt ſup̄ de inuentione ſancte crucis.

Apud alexandriā natale scti euthimij dyaconi ꝓ fide xpi got f xxiiij
in carcē qeſcētis. Itē scti gothardi q̄ pus fuit abbas ſ₃ a scto
heinrico imꝑatore ad hildēſhemmēſem epatū vocat̄ et deuote
⁊ ſancte vixit ⁊ i feſto aſcēſionis dn̄i obijt dū cantabat̄ i matu
tinis. Aſcēdo ad prēm meū aīa ei⁹ ad celos aſcēdit. Itē sācti
appolonij qui tpe iuliani apostate ꝓpter pſecutiones ipius in
ſpelūca dn̄o ſuiebat centies in die ⁊ cēcies ī nocte genua fle-
xit cibo celesti pl⁹ quā hūano past⁹. Indumēto tect⁹ ſtupeo
qd̄ tn̄ nūq̄ legit̄ veteratū. ſanitates mltas fecit ⁊ v̄tutes. erat
fere pater qngentoꝝ monachoꝝ hic a puericia dn̄o placuit.

Sancti iohānis apli ⁊ euāgeliste. De quo dn̄s ad petrum io g xxv
Sic eum volo manere donec veniā ſc₃ vocare eum ad pacem
Iste iohannes in epheſo predicans christi fidem a proconſule
ydolis ymolare cōpellitur. Quod dum facere contempſit in-

carceratͣ et ep̄la domiciano imꝑatori ꝓ eo dirigitͣ in qua magnus ſacrilegus noiatͣ. Jubetͣ ergo romā ab eodē ꝓconſule duci vbi ante portā vrbis que latina dicitͣ in doleum feruētis olei mitti p̄cipitur igne deſubtus cādenti. A quo dum illeſus inſpectōe oīs ſenat⁹ egreditͣ. vn̄ fides plurimū extollebatͣ voluit eū ꝯſul libertati dediſſe. ſed iuſſu ceſaris domiciani in pathmos inſulā relegatͣ. Chriſtiani vero in loco vbi fornax fuit altare ⁊ capellā ꝯſtruunt ⁊ de xp̄e aliā eccleſiā p̄cioſam.

bā A xxvj ¶ Apud teracinā cāpanie natale beate domicille virginis ⁊ martyris que cum eſſet fluuij clemētis conſulis ex ſorore neptis ⁊ a ſācto clemēte ſacro velamine ꝯſecrata. Sub pſecutione domiciani cū alijs pluribꝫ a ſpōſo ſuo aurelieno in inſulam ponciā exilio deportata. ⁊ poſtea reuocata tradita eſt duabus virginibꝫ collectaneis ſuis. que iam in ſpōſos ſuos ꝯſenſerāt vt iſte eā inducerēt vt ꝯſentiret in matrimoniū. Que rennuit dicens ꝙ ſtultū eſſet ruſticū nobiliſſimo ſponſo p̄ponere dn̄o nr̄o ihu xpo. Tūc ſurdū curauit corā illis ⁊ etiā mutū. Jdeo plures crediderūt h̄ videntes ⁊ baptiſmū ſuſceperūt. Veniens aūt aurelian⁹ ſponſus domicille cū muſicis inſtrumētis et organis ſꝑabat nupcias ſe facturū ⁊ īcepit chorizare ⁊ ꝑ duos dies ⁊ noctes ſaltauit donec mortu⁹ expiraret. ꝙ videntes omnes q̄ aderāt dn̄o crediderūt. luxurioſus vero frater aureliani incenſo cubiculo domicille eam ſimul cum ſuis virginibꝫ eufroſina videlicꝫ ⁊ theodora ꝯbuſſit. et ſic curſum glioſi martyrij ſui cōſumauit. ¶ Huius domicille mater fuit ſancta plātilla que ſancto paulo velum ſui capitis in ſua paſſione cōceſſit ꝙ ei reddidit decollatus

la b xxvij ¶ Apparitio h̄ feſtū āgeli dicitͣ. Jllo die dum ſanct⁹ gregorius ꝓpter peſtē iguinariā letanias maiores inſtituiſſet ⁊ deuote his diebꝫ ꝓ ſalute ppl̄i oraſſet. Vidit hac die ī turri caſtri qđ olim memoria adriani appellabatͣ angelū. qui gladiū tergēs ⁊ in vaginā mittēs p̄ces exauditas inuebat. Vn̄ ſectūs

papa gregori⁹ eccl'iã ĩnibi in honore ſanctoꝝ angeloꝝ inſti-
tuit. iãqꝫ nũc caſtrũ ſcti angeli vocat. ⁊ ab illo hec dies cele-
bris rome habet. In territorio biſontino mõſterio boneual
lis ordinis ciſterciẽſis ſcti petri epi ⁊ ꝯfeſſoris ac mõchi p̄di-
cti mõſterij venerabilis. Cui⁹ petri parẽtes p̄diũ ꝓꝓriũ in vi-
ennẽſi in coluere dyoceſi. Eo tp̄e ciſterciẽſis. Vinea mõſterij
iam fructificãs ad illas partes dilatauit palmites ſuos q̄s re
uerẽdiſſim⁹ pater archiep̄s Guido in ſũmũ põtificẽ ſcdm mu
tationẽ dextre excelſi poſtmodũ aſſumẽdus feliciter plãtauit
in mõſterio boneuall' fideliũ multitudo rigauit ad bñdictõez
ſuã dñs dedit incrementũ. Cui⁹ cenobij p̄mus abbas iohes
multiplici p̄dit⁹ ſctitate pontifex demũ factus eſt valẽtin⁹ poſt
gl'ioſum ab hac vita diſceſſum miracul' claruit q̄m multipli
cib⁹ ⁊ iuuenſis. Parẽtes quoqꝫ p̄dicti petri a p̄mordijs mõſte
rij mkinnoda cũ deuotione colebãt. Quoꝝ p̄mogenitus lam
pertus noĩe litteraꝝ ſtudio tradit⁹ in puerili erudiebat etate
Petrus vero ſcd̃s natu officio fuerat alteri deputat⁹ ꝓficie-
bat itaqꝫ punctõne magis quã eruditõe in gr̃a. vt mirari inci
perẽt q̄ videbãt puerũ lr̃as rapientẽ ampli⁹ diſcẽ quã doceri.
Nec ingenio memoria ymo ventura gr̃a defuit. Deniqꝫ pſal
mos oẽs dauiticos ſic app̄hẽdit ſic tenuit vt ãno p̄mo corde-
tin⁹ pſalleret vniuerſos. Cũ aũt ſcts petr⁹ adoleſcẽtie temp⁹
attigiſſꝫ ſuadẽte abbate iohe boneuall' cenobio ſeſe ꝯtulit ibi
ſeſe offerẽs deo ſub regl'a ⁊ abbate feliciṫ ſuituꝝ. Btũs petr⁹
in boneualle votũ vouit ⁊ votũ ſoluit ⁊ ſupplicẽ deo ⁊ miſerẽ
tem aĩe ſue. corpis durũ caſtigatorẽ p̄latis obediẽtiſſimũ hu-
milẽ cũctis frib⁹ cũctis amabilẽ nec multo poſt etiã vtilẽ imi
tabilẽ venerabilẽ raptiꝫ poci⁹ q̄ paulatĩ ꝓficiẽdo incipiẽs ex-
hibẽ. Nec lõge poſtq̄ btũs petr⁹ tyrocinij temp⁹ expleuerat.
Reuerẽdiſſim⁹ abbas iohes intelligẽs. q̄m vas electõis ẽ iſte
p diuerſos eũ gr̃dus ad officia diuerſa ꝓmouit. Iterea tẽpus
affuit vt nou⁹ eligeret abbas cũ nouo frm examĩe ĩ nouo ſta-

modij circa eundē locū ꝓuincie due ⁊ due cōueniāt ꝯmita-
tus votis cōmunibꝫ ⁊ abbatis iohīs arbitrio btūs petrꝰ eligit̄
vt ſuꝑ illā petrā dn̄s illā edificaret eccl'iaꝫ. Ad locū mittitur
arduū locum artū ⁊ magis incōmodū videbat̄ itaqꝫ publicaꝫ
ſtratā pene iungit̄ a multitudine ꝯmitātiū frequētatā. Quā-
tam humanitatē ieiunis hoſpes exhibuit. q̄ntos ſeminudos ⁊
ipē algēs veſtiuit nullū ſeſe exiſtimās. nullū ꝓfitens. nullum
gerens. obſequijs potiꝰ quā iniurijs mouebat̄. Pane arta ⁊
aqua breui incōdito ⁊ vix ſalſo veſcebat̄. Dedit dn̄s tantū bn̄
dictionē et illūiatꝰ eſt edificijs donatꝰ paſcuis ⁊ agris vineis
locis licet remotꝰ. ⁊ hincinde ad mōſteriū non ſine labore vel
nūc queāt cibaria q̄liacūqꝫ deferri. Tharēthaſieñ. aūt eccl'ia
virū ſibi a deo pparatū. ⁊ p̄deſtinatū cōſiderās btm petrū ſibi
in epm donari petiuit. Ipſe aūt nullatenꝰ potuit ad ꝯſenſum
electōis induci donec ꝯuentū ciſtercieñ. capituli general' eiuſ-
dem eccl'ie clerici p̄ſtulātes illic eū intercipe vbi ſubter fugiū
deinceps nō h̄ret. Ibi auctoritate totius ordinis eſt opp̄ſſus
maxime vero ſcti bernardi clareuallis abbatis cui reuerētiā
ſꝑ exhibuit ſingularē ⁊ venerabiliū patꝝ ſuoꝝ ciſtercieñ. ⁊ bo
neuallēſis abbatū. Ab his angariatus ⁊ manualiter clericis
aſſignatꝰ obtempauit inuitꝰ. Sic ꝓmotus ē in tharentaſien
ſem archiepm venerabilis petrꝰ ſꝫ parū motꝰ a forma vite in
qua fuerat ꝯuerſatꝰ. Māſit habitꝰ hūilis victus tenuis ſom
nus breuis. Si modiuſculā veſtē q̄cunqꝫ pſona ꝯtulit nō lon
gam cū eo morā fecit ad alterū trāſijt poſſeſſorē. Victus eius
panis cribratꝰ cū legumie ⁊ de talibꝫ erat oleribꝫ vt ex eadem
olla miſtraret̄ egenis niſi ꝙ meliꝰ ꝯdita frequēter illis p̄cipie
bat offerri ꝓ vigilijs ꝓlixioribꝫ mōſterij a q̄bꝫ ſe deplorabat
auulſum ſecretis orōnibꝫ inſiſtebat. Opa manuū labore con-
pēſabat itinerū. Sed ⁊ manꝰ impoſitōis id eſt ꝯfirmatōis nō
mō infantū ſꝫ ⁊ pſonaꝝ cuiuſcūqꝫ etatis vbiqꝫ ad eū ⁊ vndiqꝫ
ꝯfluētiū aliq̄n de mane vſqꝫ ad crepuſculū noctis. ⁊ vlt̄. Diſci

plinā ſilencij ꝑdicationis inſtantia redimebat. Pertrāſibat
aliqñ beatus petrus alpē ꝗuiſſimā cui nomen colūna ӡ ouis
tpe hyemis ⁊ occurrit ei mulier ſeminuda debilis algēs ⁊ la-
chrimis vſqȝ quaqȝ reſperſa. Uidens ſacerdos ymo ſamari-
tanus nō trāſijt diſſimulāte eo ꝓcedunt ceteri. ipe vero nō ſe-
quit̄. ſȝ ſubſiſtit de equo deſcēdit vnā tunicā exuit. qua ſup cili-
ciū induebat̄. ⁊ cucullā reſumens miſerabiliter induit ⁊ ꝓce-
dit attamen pedes gradit̄ viā difficilē inter frigoris ⁊ laboris
moleſtias ꝯſtitut⁹. Matrona quedā ꝑgnans ſup equū min⁹
quietum minus domitū ad beatum petrum ꝓperabat. Offen-
dens equus in via ⁊ exacerbat⁹ ad mulieris ruinā ꝗuiter fre-
mere ⁊ calcitrare cepit attrociter circa eā multis in locis pe
dibus tundēs nihil nocuit nomē ꝓſulis inuocāti. Deſcēdēte
eo aliquando ad partes gallie vndiqȝ ad eum vbiqȝ confluere
cepit innumerabilis multitudo aīoꝝ ⁊ corpoꝝ remedia ꝗritan-
tis tangi poſtulās flagitās benedici. In eccl'ia ſancti eugenij
tam multis cecis viſum. ſurdis auditum. mutis loquelā. clau
dis greſſum ⁊ incōmodis varijs laborātibꝯ cōtulit deſiderata
remedia vt difficile ꝗs dinūerare ne dū ſcribenda ſeruare po-
tuerit ſigna ꝟtutū quibꝯ in ſcō ſuo gl'ificat⁹ eſt deus. Uidens
beatus petr⁹ magnos honores maiores fauores ab omī po-
pulo ſibi exhiberi cepit pauē ⁊ tedere. ⁊ ſub medio noctis ſilē
tio cū vno tantū comite ceteris ignorantibꝯ exijt. ꝑueniēs de-
niqȝ ad cenobiū qddam ſui ciſtercieñ. ordinis in germania in
ꝓuincia q̄ elſacia dicit̄ ꝯſtitutū cui nomen patras vbi qdā mō
q̄ſi ſurdus eſſet ⁊ mut⁹ nec intelligēs ceteroꝝ verba nec intel
lectus ab eis eo ꝙ gallic⁹ eſſet q̄mdiu licuit inter eos intrās
⁊ exiens vt ſimplex monach⁹ ambulauit. Mutauerat eīn in
via ſocios vnū poſt alterū occaſione q̄ſita donec h̄ret cui igno
tus eſſet. Mane aūt facto cū btūs petr⁹ minime cōpareret re-
pleti ſunt oēs domeſtici eius ſtupore ⁊ extaſi in eo ꝙ cōtinge-
rat illis. Querit̄ in cubiculo nec inuenit̄ ꝑ eccl'ias ꝑ vicos et

plateas querit̃ ⁊ minime inuenit̃. Paſſim interrogãt occur-
rẽtes. ⁊ nõ eſt qui indicet ꝗ̇ viderit eũ aut audierit verbũ q̃d-
cunq; de eo. Siquidẽ inter ceteros vndiq; q̃ritantes. Iuue-
nis quidã quẽ beatus petrus nutrierat a puero ad monaſte-
riũ ꝗ patras dicit̃ aduenięs et egrediẽtibꝫ fr̃ibꝫ ad laborem
dum ſingulos intuet̃ in eũ repẽte inicit oculos ⁊ agnitũ ꝓti-
nus apprehendit tenuit ⁊ exclamauit. Mirari oẽs ⁊ nomen
eius audito ꝯqueri ceperũt. ꝗ lucerna ſub modio tãdiu latu
iſſet Sacris eius veſtigijs ꝯgregatio tota ꝓſternit̃. ⁊ ſibi po
ſtulat indulgeri ꝗ nullã ei reuerentiã exhibuiſſent ignari fle-
re ſinguli et dignis magnificare p̃conijs obediẽtie eius ⁊ hu
militatis exempla. fleuit ⁊ ipſe p̃ ceteris ꝗ indignꝰ foret frui
diuciꝰ iocũditate ꝯceſſam ⁊ guſtatã dulcedinẽ ſapiẽs magis
eſuriens magis ſitiens. retrahit̃ ad negocia ſue vite ꝑicula ⁊
labores. Iterũ turba ruit iterũ fit ꝯcurſus moleſtorũ ab vr-
bibꝫ deſiderate q̇etis auulſo. Iam vero enarrari nõ põt. q̃nta
deuotione ⁊ exultatione vniuerſe terre tanq̃ rediuiuꝰ ſuis ap
paruit ſicut diſcipuli viſo dño gauiſi ſunt. Nec minus vberes
etſi magis breues lacrimas ſuccendẽs gaudiũ quã p̃cedens
meſticia parturiuit. Tandẽ btũs petrus ꝑpetratis multis mi
raculis clarus virtutibꝫ exq̇euit in boneualle. ꝗ eſt mõſteriũ
ordinis ciſtercieñ. ſitum in dyoceſi biſutinẽſi. vbi ad eiꝰ tumu-
lum dñs cũ infirmãtibꝫ multa confert bñficia ad meritũ dile-
cti fui ſui. ⁊ ad gl'iam ſue diuinitatis cui eſt honor ⁊ gl'ia ⁊c̃.
in c cxxviij ¶ Sãcti hermẽ rome de quo paulꝰ ad romanos ſcribit. Itẽ
apud nazãzi oppidũ natale beati gregorij ꝗ̇ nobilis athenis
in theologia doctꝰ collega ⁊ ſocius btĩ baſilij ceſariẽſis epi.
ſocietate tantũ fuit cõfuſus vt eũ a cathedra ſcole vbi ſedens
pħiam docebat ꝑ manꝰ traheret et in mõſteriũ duceret. Vbi
ambo ꝑ tredecim ãnos theologie vacãtes ab hereticis infeſti
fuerũt. Inde epũs nazanti ordinatꝰ cõſtantinopolim docuit et
ſenectute grauatꝰ loco ſui alium ſue rogauit virtutibꝫ et mi-

raculis in pace quieuit.

Sanctorum gordiani et epimachi quorum prior pro cōfeſſione nominis xpi tempore iuliani imperatoris cū ydolis ſacrificare nollet. diu plumbatis ceditur. deinde capite truncatur. et corpus eius lacerādum canibus relinquitur per ſeptē dies. et tandē a xpianis rapitur et nocte iuxta ſanctū epimachū recōditur. Epimachus enim multo tempore pro fide xpi vinculis et cruciatibus carceris tortus demū igne crematus obijt. | e d xxix

Sanctorum primi et marci martyrū quos pſes primo fuſtibus cedi iuſſit. Scd̄o infra vētres eorū ignē accēdi. Tercio iuſſit ſulphur reſolutū in eorum ora fundi. qd̄ dum nil noceret eiſdē. multi xpo viſo hoc miraculo crediderūt. quos impius pſes fuſtibus cedi iuſſit et pici extra ciuitatē. Quarto iuſſit primū et marcū decollari. Itē viēne natale ſcti mamerti epi et cōfeſſoris q̄ ob imminentē cladē ſolennes an̄ aſcēſionē dn̄i letanias inſtituit. | pi e xxx

Rome via aurelia natale ſancti pāgracij martyris quattuordecim annorū q̄ a patre ſuo moriēte cōmendatur dyoniſio patruo ſuo. Qui venientes ad beatū vrbanū papā ambo baptizati ſūt. Tūc ſanctus pangracius imperatori traditur a quo multum pſuaſus vt demonibus ſacrificaret et viueret. dixit deū meū iħm xpm nunq̄ negabo. Tunc iuſſus eſt gladio occidi. quē octauille ſenatrix nobiliſſima ſepeliuit. Ad cuius ſepulcrū quiſquis falſe iurauerit ſtatim a demone rapitur et inſanit aut cadēs in pauimēto vitam finit. Itē rome via adriatina natale ſanctorū martyrū nerei et achillei fratrū qui primo apud inſulā pontiam longū duxerūt exiliū. Qui etiā ambo a beato petro baptizati domicillā nobiliſſimā virginem deſponſatā aurelio in virginitate pſuaſerūt manere propter xpm dn̄m ſpōſum ppetuū Ob hoc primo grauiſſime ſunt verberati. Scd̄o in eculeo ſuſpenſi. Tercio flamis aduſti. Quarto decollati. | ve f xxxj

Sancti ſeruacij tungrenſ. epi qui pūidit in ſpū totam galliā perituram ab infidelibus pter ſolā metū. et pter traiectū pcibus | ſer g xxxij

ſanctiſſimi ſeruacij tūc ſeruatā. ⁊ in eadē ciuitate ī pace quieuit anteq̄ͥ videret mala gentis ſue q̄ iminebāt. Ob cuiꝰ meritum oībꝫ demonſtratū eſt ꝙ tpe hyemis oīa in circuitu nix repleret. nunq̄ͥ tñ ſepulcrū eius operuit donec induſtria ciuium baſilica ſup ipm edificata eſt. Omnia aūt lignea edificia ſuper eius ſepulcrū vēto et fulgure ꝑierūt. donec ſanctus monulfus eius ſucceſſoꝛ vir vtiqꝫ celebꝛis et famoſus eccleſiā lapideam conſtrui ꝓcurabat.

et A cxxxiij In ſyria natale ſanctoꝝ victoꝛis ⁊ coꝛone ſub anthonino Que coꝛona cū eſſet vxoꝛ cuiuſdā militis ⁊ cepiſſet beatificare ſanctū victoꝛē ob martyrij ꝯſtantiā vidit duas coronas de celo lapſas vnā victoꝛi ⁊ alterā ſibi miſſam. Cumqꝫ h̄ cunctis audiētibꝫ ꝓteſtaret̄ ipſa quidē inter arboꝛes ſciſſa victoꝛ q̊ꝫ decollatus eſt. Itē rome ſcti bonifacij martyris venerādi qui erat ꝓcuratoꝛ cuiuſdā ditiſſime dñe romane hñs ſub ſe eiuſdem dñe ꝓcuratoꝛes lxxij. q̄ dña ſua ꝯmiſcebat̄ i ſtupꝛo aliq̄m diu. Inſpirata aūt diuina grā ipſa dña mittit eū in tharſum cilicie ꝑ reliquijs martyꝝ q̄ ibi ꝓ xp̄o puniebāt̄. quo veniēs ſctos in toꝛmētis poſitos ꝯfoꝛtabat. Vñ captꝰ a p̄ſide pꝛimo ſuſpendit̄ ⁊ vngulis trahit̄ vſqꝫ ad oſſa. Scdo plumbū bulliens in os eius fundit̄. Tercio inter vngues manꝰ ligna acuta ſeu calami infigunt̄. Quarto i olla plena feruēte pice ꝓijcit̄ angelꝰ venit olla liq̄ſcit ſicut cera. Quīto cutis capitis ſibi abſtrahit̄. Sexto decollat̄ poſtmodū ad romā pducit̄ dato ꝑco p̄cio q̄ſtionarijs monitu āgelico dña ſua eū ſuſcepit ⁊ honoꝛifice ſepeliuit. Et ipa renūciauit ſeclo. ⁊ oīa bona ſua pauperibꝫ dedit ⁊ felicit̄ vixit ⁊ obijt choꝛuſcās etiā pꝰ moꝛtē miracul'. Itē ſcti mauri militis ⁊ martyris q̄ ꝓ fide xp̄i. Pꝛimo ꝑ q̄nqꝫ dies fame in carcē macerat̄. Scdo fuſtibꝫ cedit̄. Tercio plūbo bulliēte ꝑfundit̄. ſed āgelica opatōe vt aq̄ frageſcit vñ et ipſe ceſar mirat̄. Quarto decollat̄. Poſt ſex dies iubet ceſar reqri ſi coꝛpꝰ beſtijs ſit ꝯſumptū. ⁊ ecce duo lupi illō cu-

ſtodiunt. Veniēs igitur ſanctus martin⁹ eps cū xpanis ſanctum corpus abſtulit 7 ſepeliuit.

Sancti vigilij epi q̄ iuuenis vir ꝯpletis xx. annoꝝ circulis cleri ac ppl'i deſiderabili electione pōtifex efficit̄ in ciuitate tridentina. Qui poſtq̄ non ſolū ſuā dyoceſym. verū etiā ex veronēſi 7 brixēſi ppl'o plurimos ꝯuertiſſet. et in valle rundena cōminuto ſaturni ſimulacro ſibi ꝑparatā gloriā in celis aſpiciens lapidib⁹ obrutū migrauit ad xp̄m. Itē apud inſulā trabunii natale ſc̄ti yſidori martyris in cui⁹ baſilica extat pute⁹ in q̄ 7 fert̄ iniect⁹. de cuius aqua infirmi ſepi⁹ potati ſanant̄. ſoph b cxxxiij

Sancti pegrini epi 7 martyris. Cū eñ pſecutores xp̄i fideles ſine miſcōia vbiq̄ꝫ p galliā atrociter iugularēt in tantū vt vix inueniret̄ qui ꝓ xp̄i omib⁹ ſe oppone͞ audiret vel vellet. Miſerūt ḡ xp̄i fideles de gallia ad romanū pontificē ſuppliciter deꝑcantes vt digneret̄ in galliā deſtinare virꝫ aliquē qui quaſi extinctā ſcintillā fidei ſuſcitaret. Tunc ille miſit beatuꝫ pegrinū q̄ veniēs altiſyodorū ſe ꝓ domo dn̄i opponē ſtudio toto conabat̄ verbo vite animos 7 corda puſillanimorū vitēns erigēs 7 ad ꝯſtantiā roborās. 7 incredulos virtutib⁹ 7 miraculis ad cognatōēꝫ veritatis 7 vni⁹ dei attrahēs 7 accēdens. Tandē poſt mlt'os agones ꝓ dn̄o ꝯſtantiſſime tolleratos ab inimicis fidei amator chriſti occiſus eſt tranſiens ad dominū ieſum quem dilexit. ma c cxxxv

In tuſcia natale ſancti torpetis martyris hic magnus in officio neronis ceſaris p̄mo fuit. ſed poſtea ꝓ fide xp̄i iubēte eodē alapis cedit̄. verberib⁹ diutiſſime ac beſtijs deuorandus tradit̄ ſꝫ mīme ledit̄. Tandē vero decollatione capitis martyrium ſuum iij. kl'. maij impleuit. ſed tñ eius feſtiuitas crebri⁹ hic colit̄. Itē apud aq̄legiā ſanctoꝝ martyrū felicis et fortunati fratrū illis temporib⁹ exierat edictū ab auguſtis dyocleciano et maximiano. vt null⁹ poſſet emere vel vendē niſi p̄us ydolis īmolaret. 7 quicūq̄ꝫ xp̄ianū occultaret ꝯ̄uiter puniret̄. ſus d cxxxvj

Vñ cõtigit q̄ quidã pagan⁹ ſanctos fratres felicē ꝛ fortuna-
tum de partibꝫ aq̄legie ortus p̄ſidi ꝓpalaret qui detenti ꝛ yeo
la reſpuētes. Primo fuſtibꝫ ceduntˀ ꝛ pſallētes. Ecce quã bo-
nũ ꝛ quã iocundũ habitare frēs in vnũ. deuote dñm ihm xp̄m
innocabant. Quibꝫ p̄ſes neſcitis auguſtos iraſci qñ ihs xp̄s
noiatˀ. Cui ſcti impatores p̄ualere nob̄ nõ poterit. Tũc p̄ſes
iuſſit eos ſcdo in eculeo ſuſpēdi ꝛ ardētes lampades eoꝝ late-
ribus apponi. Sed dum ſancti ſc̄m michaelē aduocant lam-
pades ſunt extincte. Tercio oleũ feruēs in ventres eoꝝ fundi-
tur: qui dum hoc refrigeriũ eis eſſe aſſerũt. Quarto cũ plum-
batis maxime feriuntˀ. Quinto decollantˀ.
in e cxxxvij In egypto ſancti dyoſtori lectoris quē p̄ſes ꝓpter fidē xp̄i
p̄mo multis et varijs ꝑcuſſionibꝫ puniri fecit. Scdo vngues
eius effodi fecit. Tercio lapidibꝫ ardentibꝫ eius latera infla-
mari. ſed celeſtis luminis fulgore miſtri territi ceciderũt. Quar-
to laminis ardētibꝫ adust⁹ martyriũ ꝯſumauit. Itē fuit q̄dã
puella maria noīe ancilla cuiuſdã potentis viri huic in q̄dra-
geſima naſcitˀ fili⁹ ꝛ more paganoꝝ grande de carnibꝫ ꝛ alijs
cõuiuiũ p̄parauit. Sꝫ maria iam xp̄iana ieiuniũ obſeruabat:
quã cũ dñs ſuus atrociſſimis flagellis nõ poſſꝫ inducē ad edē-
dũ tanq̄ xp̄iana eſt oblata iudici puniēda. ppl̄s vero ei indu-
cias impetrauit. Sꝫ cũ nõ poſſet a ꝓpoſito reduci ꝛ iã ad pe-
nas duceretˀ ingentē ſaxũ ptrãſiens orauit dñm. Et ecce ſax⁹
ſe ſcindēs ꝑ mediũ illam fugientē in ſe recepit ꝛ cõcludit. Cũ
aũt iuſſu p̄ncipis ppl̄i conarentˀ lapidē deſtruē ꝛ illam euelle-
re fulmine ꝛ tonitruo duo milia ꝛ ſeptuaginta hoīes perierunt
reliqui ad dñm ihm xp̄m ſunt conuerſi.
bac f cxxxviij Rome ſancte potētiane ṽginis que poſt innumeros ago-
nes poſt multoꝝ martyrũ ſepulturas poſt oēs facultates ſuas
pauꝑibꝫ ꝓ xp̄o erogatas tandē de terra ad celos migrauit.
ſe g cxxxix Rome via ſalaria natale ſancte baſilie ṽginis ꝛ martyris
banc baſiliã eugenia ꝯuertit ad fidē q̄ baſilia cũ eſſꝫ ex regio

genere ⁊ haberet ſpōſum illuſtriſſimū accuſata eſt ab eodē q̄
eſſet chriſtiana. Decretū eſt a gallieno auguſto. vt aut ſpōſum
ſuum reciperet aut gladio interiret. Cōuenta de h' rn̄dit regē ſe
ſpōſum hr̄e ⁊ gladio trāſuerberata eſt. Itē ſcte iulie virginis
quā q̄dā infidelis potēs rapuit ⁊ cū ſcta iulia ei ꝯſentire nol-
let. Primo alapis cedit᷑. Scd̄o crinibꝯ ſuſpendit᷑ ⁊ flagellat᷑.
Tercio in crucis ſuſpēdi patibulo iubet᷑. Illa aūt in omnibꝯ
hijs dn̄m ih̄m xp̄m cecatū ꝯſputū flagellatū crucifixū benedi
cebat. Et ſic illa orante ecce eius aīa in colūbe ſpecie aſtra
petit. ⁊ ſic in patibulo crucis feliciter in dn̄o ih̄u obijt.

¶ Paſſio ſancti valētis epi cū tribꝯ pueris qui p̄mo pro fide ri A cxl
catholica pedibꝯ ſunt vincti. Scd̄o in eculeo eleuati ⁊ ſepius
ceſi. Tercio gladio pcuſſi. ⁊ ſic oēs coronā martyrij ſunt ad-
epti. Itē in mauritania ceſarienſi natale ſanctoꝝ thymothei
paulij et eucharij dyaconi qui apud p̄uatā regionē verbū dn̄i
diſſeminātes pariter coronari meruerūt.

¶ Sācti torpetis martyris de q̄ ſup̄ in ꝓimo folio q̄ ab an- e b cxlj
thonio p̄ſbitero baptizat᷒ ē. In cui᷒ paſſiōe diuio nutu colū
na ruit ⁊ iudicē cū alijs q̄nq̄gita oppſſit. Euelli᷒ nerōis ꝯſilia
rius credidit i xp̄m. ⁊ cū palma martyrij celeſtia regna introi
uit. Corp᷒ aūt bti torpeti in naui ꝯfracta ponit᷑. ⁊ i decurſum
fluuiis ꝓijcit᷑. Apparet āgelus ſcte celerine ⁊ corp᷒ ſcti mar-
tyris ei reuelat ⁊ reuerent᷑ illud ꝯdidit ⁊ eccl'iā ꝯſtruxit vbi
ciues in eius feſto cōueniūt ⁊ ſctm martyrē laudibꝯ extollūt.

¶ Sācti deſiderij epi ⁊ martyris q̄ cū corriperet fridegūdim re te c cxlij
ginā q̄ virꝫ ſuū occidi ſuaſerat vt adulterijs ⁊ fornicatōibꝯ va
caret i inſulā q̄dā cōuēnio relegat᷒ eſt lepſoſū ibi curauit. Poſt
h' p multos p̄ces epoꝝ ⁊ alioꝝ reuocat᷑ ab exilio a p̄fata regina
quā cū iterū p pctō ſuo deteſtaret᷑ q̄dā ex lapide i cerebrū ie-
cit. Alter accuto ferro ceruicē ⁊ caput trāſfixit. ſicqꝫ i dn̄o feli
cit᷑ obdormiuit. Predicta aūt peccatrix lothario rege iubēte
indomitis eq̄s alligat᷑ ⁊ mēbratī diſcerpit᷑. Itē ſicut fides lin

gonenſiū docet null⁹ falſe iurās ī noīe deſiderij manet ipunit⁹

net d cxliij ¶ Sancte iohāne de q̄ lucas in euāgelio teſtat̄. Iſta exiſtēs
vxoꝛ ꝓcuratoꝛis herodis dn̄m ih̄m xp̄m diligens eū ſequebat̄
vbi libet p̄dicātē. ⁊ ei ⁊ ſuis diſcipul̄ de ſuis facultatibꝫ largit̄
miſtrauit hn̄s sociā ī oībꝫ ſimilē ī affectu parit̄ ⁊ effectu ſc̄taꝫ
videlicꝫ ſuſannā ⁊ addit ibidē ⁊ alie mlr̄e q̄ ſeq̄bant̄ dn̄m ih̄m.
Itē ſc̄toꝝ martyꝝ domiciani ⁊ rogaciani frm̄ q̄ in gallijs ciui
tate. nāputeis ꝑ ꝯſtātia fidei. Prio ī carcerē ſūt miſſi. Sc̄do
in eculeo ſuſpēſi. Tercio lācea militari ꝑfoſſi. Quarto capita
eoꝝ p̄ciſa ſūt. Itē t̄nſlatio ſc̄ti dn̄ici. de q̄ q̄re ī vero feſto ſuo.

vr e cxliiij ¶ Rome via numētana natale b̄ti vrbani pape ⁊ martyris
hic b̄to calixto pape ſucceſſit. Almachi⁹ vrbis p̄fectus ſeuie-
bat in xp̄ianos. Cui ſc̄ts vrban⁹ papa cū clero ſuo p̄ſtat̄. qui
p̄mo in palacio veſpaſiani incarcerat̄. ⁊ poſtea adduct⁹ a p̄fe
cto ei obijcit̄. q̄ q̄nqꝫ milia hoīm ꝑ eius ꝑempti ſunt doctrinā
⁊ q̄ ſacrilegā ceciliā ſeduxerit cum illuſtriſſimis nobilibꝫ ty-
burcio ⁊ valeriano q̄rū etiā theſauros expetebat a b̄to papa.
Ad hec vrban⁹ nūc video q̄ nō tuoꝝ deoꝝ decus ſꝫ cupidi-
tas tua te inducit vt ſeuias in ſuos xp̄i. Theſaur⁹ cecilie per
manus pauperū aſcēdit in celū. Tūc ſc̄ti iubent̄ plūbatis acri
ter cedi. ⁊ iterū incarcerant̄ vbi tres tribunos. fabianū. calix
tum ⁊ amanū baptizat beatus vrban⁹ cū anolino carceris cu
ſtode q̄ mane xp̄m cōſtantiſſime cōfitentes decollant̄. Poſtea
beatus vrban⁹ dijs ymolare iubet̄. ſed eo orante ⁊ xp̄m inuo
cante ſimulacrū cecidit et xx. duos ſacerdotes ydoloꝝ occidit
quare g̃uiſſime laniat̄. Poſtea ſc̄ts vrban⁹ cū romano dyo-
niſio cromacio p̄ſbiteris et marciali ⁊ luciano dyaconibꝫ in
templo dyane ad ſacrificandū ꝯpulſi. ſꝫ renuētes frōtibꝫ eoꝝ
ſigno crucis munitis decollant̄. Carpaſi⁹ a demōe punit̄. cui⁹
vxoꝛ mormonia ⁊ filia ip̄i⁹ ⁊ tota ſua familia a ſc̄to fortunato
p̄ſbitero baptizant̄. ⁊ ab eis coꝛpa ſc̄toꝝ honoꝛifice ſepeliant̄

ba f cxlv ¶ Sancti eleutherij pape ⁊ martyris. Huic ſanctus lucian⁹

rex britanie miſit litteras vt p eı⁹ mandatū xpian⁹ fieret. Hic aūt feliciſſim⁹ rex baptizat⁹ a ſcto thymotheo diſcipulo apli pauli. ⁊ relictis oīb⁊ multos cōuertit veniēſq p auguſtā ciuitatem curiā ⁊ oīb⁊ ad dn̄m ↄuerſis q̄euit in pace. Itē in britanijs natale ſcti auguſtini epi ⁊ ↄfeſſoris q̄ miſſus a bto gregorio papa pimus genti angloꝝ xpi euangeliū pdicauit.

Apud meſiā ciuitatē dcroſtorēſi natale beati iulij q̄ tempe pſecutionis cū eſſet veteran⁹ ⁊ emerite milicie ↄprehēſus ab officialib⁊ iudici offert. quo pn̄te cū ydola execraret ⁊ nomen xpi cōſtantiſſime ↄfiteret capitali ſententia punit⁹ eſt. | ni g cxlvj

Rome natale ſancti iohis pape quē refert ſctūs gregori⁹ ob orthodoxā fidē pmo i cuſtodia tentū ac deiū ad mortē vſq pductū cum alijs eq catholicis viris. Itē ſcti wilhelmi ducis aqtanie qui dn̄s fuit nabore auraſicanā ciuitatē a ſarracenis recupat multa picula i bellis ſuſtinuit eccłias ptegit. ſacras leges redificat. In valle gelōis eccłiam edificauit i noīe ſaluatoris. vbi cū alijs fr̄is ⁊ āncillis xpi duas ſorores ſuas collocat xpo ſpōſas. Poſt h ſepe cogitat ſe poſſe verecūdari vt q̄ p varias ſortes ad bella pceſſerat hunc imbecilles puelle ad celeſtia pcedebāt. Et poſtmodū habitū religiōis aſſumpſit et ſe oīm ſeruū facit. quadā vice deficiēte inſtrumēto accēſo clibanō cū veſte illeſa ignē extergit. prius em̄ ihu noīe inocato. Tandē ab actiua vita ad ↄtemplatiuā vitā tranſijt. cencies p noctē et cēties p diē flectebat genua ſpū pphecie etiam fulſit. Poſtmodū infirmat⁹ corpe ⁊ ſanguine xpi pncipat⁹. tranſijt ad xpm. Et p adiacētes puincias diuina vtute ſonit⁹ fit oīm campanarū vt liquido pateret cum q̄nta gloria recept⁹ ſit ad celos. ſed ⁊ mircula dn̄s p eum multa facit vſq hodie. | pe A cxlvij

Sancti cunonis ⁊ filij eius ſub aurelio impatore qui pmo pro fide capiunt ⁊ ferrū ardens ſup eos ponit. Scdo in crate aſſant in dorſo aſſati in ventrē girari iubētur. Tercio i frixorio frigunt. Quarto ſuſpendunt ⁊ ignis ſupponit copioſus. | xc b cxlviij

Quinto manus eoꝝ maleo ligneo ceduntᷣ ⁊ manibꝫ eoꝝ cō
tritis in laudē omnipotētis dei spiritum exaluerūt.
eris c cxlix ¶ Rome via aurelia natale scti felicis pape ⁊ martyris. hic
cōstituit sup memorias martyrū missas celebrari. hic cū ānis
q̄nq3 rexisset ecclīam. sub claudio pncipe martyrio coronat⁹
est ⁊c. Itē cuiusdā scti Nicolai cognoie pegrini q̄ appuliam
intrauit ⁊ crucē manu baiulās tanq̄ simplex ⁊ rect⁹ simplicitᷣ
discurrebat bn̄dicēs deū. Habebat etiā poma ⁊ similia pueris ⁊
alijs vt cū eo deū laudarēt. Hūc igitᷣ archiepīs ⁊ alij q̄ sibi sapi
entes i oclis eoꝝ videbātᷣ respuebāt affectū tanq̄ p ipam abij
ciebāt. Patuit demū q̄s fuerit. qꝛ in vita et i morte miraculis
claruit. ⁊ patron⁹ illoꝝ esse meruit. quoꝝ ludibriū aliqn̄ fuit.
pā o cl ¶ Rome scte petronille vginis filie scti petri aplī quā ꝓpter
pulcritudinē eximiā infirmā voluit esse. Cū aūt mlti discipuli
discumberent in domo petri ꝯtigit vt diceret tytus petro. Cū
vniuersi a te curētᷣ q̄re petronillā infirmā sinis. Rn̄dit petr⁹
qꝛ expedit ei ita. Ne aūt impossibilitatē sanitatis eius sermo
nibꝫ meis puteris ait ei. Surge petronilla ⁊ ministra nob. Qui
post refectionē iterū ait ei vade ⁊ iterꝝ sis infirma. Cū aūt pfe
cta ess3 ⁊ plena i charitate dei pfecte sanata ē. Post h̄ petro
in celᷣ cū xpo iam regnāte q̄dā comes flacc⁹ ad petronillā cū
multis armatis venit vt eā acciperet in vxorē. Cui ait illi cur
ad inermā puellā venis cū armatis. Si me vxorē cupe cupis
mitte nobiles cū quibꝫ post triduū ad te venire possem. Scie
bat eñi se spōso suo ihū xpo ꝯiungendā in h̄ triduo. tota diui
nis intēta cū felicula vgine collectanea sua. Tercia die corpe
xpi suscepto reclinās se i lecto corā matronis q̄ ꝯuenerat tra
didit spm̄. Et sic nupcias de⁹ in exeq̄as ꝯuertit.. Tūc comes
ille animū ad sanctā feliculā cōuertit q̄ dū renuerat. qꝛ xpm̄ i
sponsum habuerat. Primo incarceratᷣ ⁊ p multos dies fame
cruciatᷣ. Scd̄o i eculeo torquetᷣ. Tercio in cloacā pijcitᷣ. Cu
ius corp⁹ sctīs Nicomedes inde extrahēs honorifice sepelinit

Rome dedicatio baſilice ſancti Nicomedis p̄ſbiteri
⁊ martyris. Paſſio aūt eius colit̄ xvij. kal'. octobris
paſſus eſt aūt ſub domiciano impatore rome via nu-
mentana. Poſtq̄ eñ corpus petronille ſepeliſſet duct⁹ eſt ad
ſacrificandū ydolis qui cum diceret ego nō ſacrifico niſi deo
om̄ipotenti qui regnat in celis. plūbatis diutiſſime ceſus mi-
grauit ad dñm. Corpus vero eius in tyberim p̄cipitatū eſt.
q̄ iuſtus p̄ſbiter collegit ⁊ ſepeliuit. Item ſanctoꝝ Siſinnij
martyrij ⁊ alexandri martyrum. qui greci genere ciues capa
doces venerūt medyolanū ⁊ ibidē cum ſancto ambroſio ꝑ ali
qua tempa ſunt morati abinde tridentū venīūt et a ſancto vi-
gilio eiuſdē ciuitatis epō ḡtanter ſunt recepti. Et poſtmodū
vigilius hos tres ſanctos dirigit vt fidē annūcient ſancte tri-
tatis. In vico igit̄ qui dicit̄ medio eccleſiā cōſtruūt populis
p̄dicant multos ꝯuertunt. Adeſt dies in qua gētiles dijs ſuis
ĩmolant ⁊ etiā iam ꝯuerſis ad xp̄m cogūt ymolare. Tūc xp̄i
athlethe ꝯprehenſi ad ydoloꝝ ſacrificia cogunt̄ reſpuunt ce
dunt̄ diuerſimode vt vix vita ſupſit. Nam ſanctus ſiſinni⁹ ſe-
nior ſtrepitu tube quaſi ad ritus ſuos ꝯuocabat̄ furioſe ꝑcuſ-
ſus ⁊ ſecuribꝫ ꝯfoſſus vix ad hoſpiciū redierat ⁊ quaſi ex ani-
mis lectulo decūbebat. Poſt hec ſiſinnio ad collū ſicut pecu-
dibus fieri ſolet tintinabolū ligat̄ ad pedes trahebat̄. ⁊ ſic ad
dominū ih̄m tranſijt. Sanctus martyrius morte ꝑditur dep̄-
henditur vulnerat̄ in capite ceditur ſcorpionibꝫ tranſfoditur
⁊ per ſcopuloſa tractus ad celos tranſiuit. Sanct⁹ alexander
ad ianuā eccleſie accubans cōprehendit̄. flagellat̄ ⁊ ante ro-
gum ſtatuit̄ cui ſi libare velit ꝑmittit̄ vita et munera que ille
fidei calore ſuccenſus reprobat. ⁊ ſic per ignem cum ſocijs ad
celica regna tranſijt. Sanctus aūt vigili⁹ vidit horū aīas ab
angelis ad celos deferri. Erat aūt ſexta dñice paſſionis dies
dñi ⁊ miracula nō defuerunt. Nam nigra nubes totam terit
regionem ꝑmine terre diſcurrunt fulgura ignis emicuit. Ita

q̄ ⁊ impij ſe iuſte dee pati fatebant̄. Demũ in loco vbi inceſſi ſunt corpa ſanctoꝝ eccleſia eſt conſtructa. ⁊ ſanctoꝝ reliquie per ſanctũ vigiliũ tridentum ſunt deportate.

mar f clij ¶ Rome natale ſanctoꝝ martyrũ ſancti marcellini pſbiteri ⁊ petri exorciſte. Qui petr⁹ cum ſepius ceſus teneret̄ in cuſtodia artemij ſub iudice ſereno tempe dyocleciani filia eiuſdem artemij paulina a demonib⁹ nimis vexata eſt. Dixit autē ei petr⁹. Si credideris in xp̄m filia tua ſaluabitur. Qui cum abyſſet ⁊ diceret hec vxori ſue ſtatim in ipſo inicio noctis affuit petrus in candidis veſtib⁹ manu ferens crucem tunc ſanata eſt filia. ⁊ om̄es qui erãt in domo baptizati ſunt. Marcellinus pſbiter plures alios baptizauit ꝓpter q̄ marcellin⁹ iuſſu iudicis nud⁹ in vitris acutis ĩ carcere ꝓſternit̄. ⁊ ei alimēta negant̄. petr⁹ vero in cippo artiſſimo ꝯſtringit̄. Factũ eſt autē vt ſeparatim eſſent in cuſtodijs ⁊ marcellinus in vitris acutis iacuit nudus. apparuit ei angelus ⁊ induit eum veſtib⁹ ſuis ⁊ dixit. ſequere me. Et ingreſſi ſunt ad petrum ⁊ hunc abſoluit angelus a cippo et ferro. ⁊ ſecum duxit eos ad domum artemij vbi omnes baptizati erant et iuſſit vt confortarent eos p ſeptem dies. ſeqnẽti autē die in carcere nõ inuenti in domo artemij om̄es dephenſi ſũt. et artemiũ gladio perculſerunt. Candidã ⁊ paulinã filiam ſuam lapidibus obrueerunt. Poſtea ſanctos martyres petrum ⁊ marcellinũ decollauerunt. quoꝝ animas veſtib⁹ ſplendidis indutas dorothe⁹ qui eos decollauit vidit angelorum manib⁹ in celum deferri. Unde ⁊ ipē xp̄ianus factus tandē in pace quieuit. Item ſancta blandina que primo ſcd̄o tercio die pulſata cruciatibus cum nõ ſupareutr quarto die craticulis exuſta vltimo gladio ceditur.

cel g cliij ¶ In campania natale ſcı̄ Eraſmi ep̄i ⁊ martyris q̄ timore dyocleciani vij. annis in heremo latuit. ibi ei corui cibũ deferebant ⁊ fere ei famulabant̄. Poſt hec iubente angelo ad ci-

nitatē redijt. ꝛ cū ydolis ſacrificare nollet. Primo fuſtib⁹ ceditur. Secūdo latera plūbatis ceduntur. Tercio vngulis carnes eius raſerūt. ꝛ dilaniauerūt. Quarto plumbo pice ſulphure ꝑfunditur. tūc ſtatim terremot⁹ ꝛ tempeſtas facta eſt. Quinto in carcere recludit̄ ꝛ ſexaginta pōdera ferri in eo ponūtur. ſed angelus eū ſoluit. Sexto in ytaliā venit et filiū anaſtaſij viri potētis ſuſcitauit. vnde multi in xp̄m crediderūt. Maximianus imꝑator fecit eum ſibi adduci. et cū oculos ad celum leuaret in maxilla fecit eum ꝑcuti. Septimo tunicā ignitā ei induit. Octauo in ollā plumbo liq̄factam ꝓijcitur. Nono cū ſubulis in digitis figitur. Decimo exenteratus eſt ſic orauit. dicens. dn̄e ſuſcipe animā ſerui tui. ꝛ ſic feliciter obijt.

Apud illiricū ciuitatē Siſtia natale ſancti quirini ep̄i qui li A cliiij
ꝓ fide xp̄i vt prudētius ſcribit ligato ad manū molari ſaxo in flumine p̄cipitat⁹ eſt. et cum circūſtantib⁹ diu colloqueret̄ ne eius terrerent̄ exemplo vix p̄cib⁹ vt mergeret̄ obtinuit. Cui⁹ reliquie tranſlate ſunt romam in catacūbas.

Sancti bonifacij ep̄i magūtiñ. qui de britania veniēs to- bo b clv
tam alemaniā et de ſclauis magnā multitudinē fidei ſubiugauit. Qui ſc̄tiſſimus bonifaci⁹ mōſteriū intrās in ſciētia moribus ꝛ v̄tutib⁹ ꝓfecit. ꝛ romano pōtifici valde dilectus. ab eo ep̄s poſtmodū archiep̄s ordinat̄. Turringiā. bauariā. haſſiā ꝛ friſiam. verbo p̄dicatōis ꝯuertit. Itē vrbem herbipolēſem ep̄atū de voluntate pape fecit ꝛ huic vrbi ſanctū burckhardū virū ſc̄m p̄fecit. Itē eyſtetēſi ep̄atui ſc̄m willibaldū nepoiē ſuū inſtituit virū oīm v̄tutū gr̄a adornatū. Cū aūt xxxvj. ānos eccl'ie p̄fuiſſet ꝛ ſalubrit̄ rexiſſet in fuſia cū m̄ltis alijs xp̄ianis ꝓ fide xp̄i occiſus eſt. Cū aūt reduceret̄ ad fuldā mōſteriū ſolene qd̄ ip̄e in nemore turnigio ꝯſtruxerat ſepeliēdus. tūc oēs cāpane vbiq̄ȝ diuina virtute ſine motu alicui⁹ hoīs ſonuerūt.

Rome natale ſanctorum artemij cum vxore ſua candi- ni c clvj
da et filia paulina. qui artemius gladio percuſſus migrauit.

ad xp̄m. vxor vero eius ⁊ filia lapidibꝫ ſunt obrute. Itē ſan-
cti benigni p̄ſbiteri qui p̄dicando mltos ad fidē cōuertit. Au
diens aūt terentius comes de eius p̄dicatione. Primo iuſſit
vinctū cedi. Scđo neruis flagellari. Tercio ad trocheas ex-
tendi. orāte ſcto corruūt ydola. Quarto decē ſubule candē-
tes manibꝫ eius infigunt. Quinto cū plumbo remiſſo pedes
ipius in lapide pforato ſtringunt. Sexto duodecim canes for
tiſſimi p ſex dies cū eo includunt. vbi angelus celeſtē panē ei
attulit ſubulas abſtulit ⁊ eripuit eū a plumbo. Septimo lan-
cea pforat. Octauo collū ipius vecte ferreo tundit. Et aīa
eius ſicut colūba niueo candore viſa eſt in celū aſcendere.

dat d clvij ¶ Conſtātinopolim natale ſancti pauli patriarche eiuſdē ci
uitatis epi q̄ cōſtantio imperatore heretico ⁊ arrianoꝝ fauto-
re peſſimo apud ciuitatem quandā in capadocia cucuſſa noīe
ob catholicā fidem exilio pulſus ab arrianoꝝ inſidijs crudeli
ter ſtrangulatꝰ ad celeſtia regna feliciter migrauit.

ium e clviij ¶ In gallijs sueſſione ciuitatis ſancti medardi epi nouiomē
ſis qui in iuuētute timēs deū paupibꝫ ſcolaribꝫ ſuū panem in
ſcolis dedit. Socio ſuo p̄dixit q̄ in triceſimo āno futurꝰ eſſet
ep̄s. Ipe p virtutū incremēta pficiens p̄ſbiter tandē electōe
ep̄s nouiomēſis efficit in quo epiſcopatu ſanctiſſime miracu
lis ⁊ virtutibꝫ viuens. plenꝰ meritis ad dn̄m migrauit. Eodē
die ſancti gilardi fratris eiuſdē q̄ fuit ep̄s rothamagenſis ec-
cleſie que eſt metropolis normanie vbi influit ſecana angeli-
cum mare qui duo fratres fuerūt vna die nati ⁊ eadē die epi
ordinati ſimiliter vna die ab hac luce ſubtracti.

pri f clix ¶ Rome in monte celio natale ſanctoꝝ martyrū primi ⁊ fe-
liciāi hij ſub dyocleciano ⁊ maximiano imperatoribꝫ pſecuto
ribꝫ eccl̄ie imaniſſimis gl̄ioſiſſimi martyres longeuā vitā in
dn̄o ducētes ⁊ nūc ſimul paria nūc ſigillatim diuerſa ⁊ exq̄ui-
ſita ferētes tormēta. Nam cū p̄mo vincti eſſent ferro in car-
cere tenebroſo ab angelo ſunt per noctez ſoluti. Item virgis

grauiſſime laniari extenſi ſunt. Tunc imobiles pſiſtentes carcere recludunt vbi angelo quotidie viſitātur. Poſt hoc pſes iuſſit eos ab inuicē ſepari ⁊ dixit ſcto feliciano. Cōſule ſenectuti tue ⁊ ſacrifica. ꝙ cū ſctūs martyr ꝯſtāter recuſaret. pmo plūbatis gūiſſime ē ceſus. ſcđo ad ſtipitē ligat⁹ ⁊ claui acuti i manib; ac pedib; eius infingunt. et ita trib; dieb; ⁊ noctib; ſtetit ſine cibo corpali. ſed celeſte cibo cibat⁹. Tercio i ligno ſuſpendit ⁊ flagellis cedit. Quarto de ligno deponit ⁊ in carcere recludit. et null⁹ ad eū ingredit ipm ꝯſolans. Tūc pſes iuſſit adduci ſanctū pmū cui dixit pſes frater tuus felicianus cōſenſit ⁊ ſacrificauit fac et tu ſimiliter. Cui ille oīa que facta ſunt apud fratē meum angelus mihi nūciauit. et ſic renuit ſacrificare dijs. Tunc pmo exuit et fuſtib; dure cedit. Secūdo in eculeo leuat et lampadib; exurit. Tercio i lecto igneo extendit ⁊ plumbatū bulliens i os eius fundit pſente feliciano vt exterreret. Quarto ambo ducunt ad amphcatrum. ⁊ duo leones magni ad eos ducunt. qui cum omi māſuetudine accedentes lingebāt eoꝝ pedes ⁊ capitib; inclinatis recedebāt. leonib; remotis duo vrſi ferociſſimi ſunt admiſſi qui qſi oues abierūt. Tunc dicūt pſidi. ecce fere et bellui cognoſcūt creatorē ſuum et vos miſeri nō cognoſcitis. Tunc populi clamores dantes in celū crediderūt plus mille qngenti viri cū omnibus ſuis. Ultimo gladio occiſi ſūt canib; ⁊ auib; relinquūt Sed nec canis nec auis nec alia fera vel etiam muſca ſancta corpora tetigit. ⁊ nocte a xpianis ſepeliunt. vbi poſtea erigit eccleſia in eoꝝ noie ⁊ honore.

¶ Rome via ſalaria natale ſancti getulij clariſſimi ⁊ doctiſſimi viri ſocioꝝūqꝫ eius certalis amancij ⁊ primitini qui iuſſu adriani impatoris. primo ceſi. deinde in carcerē retruſi. poſtremo incendio ſunt traditi. ⁊ ſic celeſtia regna accepti. iiii g clx

¶ Natale ſancti barnabe apl'i qui fuit ciprius genere paulum quē alij timebāt ad populos duxit. ⁊ ei corde et corpore bar A clxj

ſociatur plenus ſpūſancto antyochiā mittit̄. poſtmodū paulū
tharſum deducit vbi tot cōuerterūt ꝙ antyochie p̄mum dicti
ſunt xp̄iani. Qui poſt ſepationē a paulo veniens ſalaminam
p̄dicauit turbis. Et euangeliū matthei ꝓpria manu ſcriptum
ſecū ferebat. vt vbicūqꝫ ſup infirmos ponebat ſtatim ſani ſur-
rexerūt. Tūc iudei ſeditōe facta ꝯp̄hēdētes barnabam mul
tis affectū iniurijs trahebāt et iudici ciuitatis puniendū eum
tradere feſtinauerūt. ligantes ergo funē in collum eius extra
portam eum traxerunt et ibidem ꝓtinus eum combuſſerūt et
oſſa eius in quodā vaſe plumbeo recluſerunt in mare eadem
p̄cipitare volentes. Johannes autem diſcipulus eius cū duo
bus alijs de nocte conſurgens ea rapuit et in quadam cripta
ſepeliuit que ibidē vt ait. Sigiſbert⁹ vſqꝫ ad tempa zenonis
impatoris ꝛ gelaſij pape ſcꝫ vſqꝫ ad annū dn̄i q̄nquageſimum
latuerūt. ſed tunc ip̄o reuelante repta ſunt.

ce b clxij Apud medyolanū feſtiuitas ſanctorū martyrū nazarij et
celſi qui peragrantes multas ciuitates xp̄m euangelizantes.
ꝯp̄hendit̄ ſanctus nazarius. neroni offertur celſus puer cū
plorās ſequitur tunc ambo in carcere recluduntur. Secundo
beſtijs dant̄ que ydolatras inuaſerūt nec ſanctis nocuerunt.
Tercio iubent̄ mergi in mari ꝙ ſi euaderēt ꝯburent̄. Cumqꝫ
ꝓiecti fuiſſent in mare orta eſt tempeſtas ꝛ naute pene merſi
clamauerūt ad ſanctos quos viderūt ſup mare ire quibus na-
uim ingreſſis ceſſauit ventus. Et poſtmodū miſerūt ſanctos
libere ire quo vellent. qui venientes medyolanū viſitauerūt
ſanctos geruaſiū ꝛ ꝓthaſiū. cōp̄henſi autē ab anolino p̄fe-
cto ad mandatū neronis gladio occiſi ſunt. Item eodem die
naboris ꝛ felicis qui fuerunt amici impatoris ꝛ militis accu-
ſati ꝙ xp̄m colerēt. ꝛ cōp̄henſi a maximiano impatore p̄mo
miſſi ſunt in carcerē. vbi fuerūt xxij diebꝫ ſine cibo. ſed chri-
ſtus pauit eos. Extracti vero dicunt preſidi mors quā nobis
minaris inferre vita noſtra eſt deus noſter rex etern⁹ eſt. Tūc

ſecūdo ſunt extenſi ⁊ fuſtib⁹ ceſi. Tercio nabor in eculeo lam padib⁹ urit ⁊ vngulis radit. qui dixit cogita duriora tormēta carnes laniare potes aīaȝ vero mime. Amoto ſancto nabore adducit ſanct⁹ felix. Cui pſes. quare tormēta frater tuus nō dolet. Rñdit q2 ſunt trāſitoria. ſȝ iſta que nos mouēt eterna ſunt. Quarto miſit eos in ignē. ſed nō ſunt ↄbuſti. Poſt hoc añ impatorē victi ducunt. qui iuſſit eos qnto fuſtibus cedi cū nollēt ſacrificare. ⁊ ſexto iuſſit eos decollari. quedā matrona furtiue duxit corpa eorum in medyolanū. ⁊ apud fratres mi/ noreeſ ſunt ſepulti.

¶ Sancti pr̄is anthonij de ordine minoꝝ patron⁹ paduano rū hic hyſpan⁹ genere ſuā diucius occultauit memoriā quā plib2is debebat. hic pdicator famoſiſſim⁹. plures mortuos ſu ſcitauit. q̄ pmo regulā ſcti auguſtini āplectens. deinde ordi/ nē minoꝝ ingrediēs. verbo et exemplo multos ab errore re/ uocauit. Deſiderabat etiā ſarracenis pdicare ⁊ ex h̄ recipere martyrij coronā. Sermone facūdus fuit ⁊ multos xp̄o attra xit ⁊ inſup multos vſurarios ad reſtituendū induxit. Itē he/ reſiarchā a triginta ānis ſubuerſuȝ ad veritatē reduxit ⁊ plu res alios. Et ſignant vnū magnū hereticū qui ipm ſanctū an thoniū irriſit ⁊ ait. Si illud vas vini vitrū iactū in petrā ille/ ſum penit⁹ remanebit. qd̄ tn̄ impoſſibile eſt ipe i doctrina ſua verus eſt ⁊ credā qd̄ corā cunctis q̄ ibi ↄuenerāt ſic fieret ipe ⁊ oēs pſentes deū glificabant. Itē in arbore nucea cellā ſibi cōſtituit ⁊ bonos ſmones ibidē ↄpilauit in vltio vite ſue vi/ dit dn̄m ih̄m xp̄m. Et vni fratri dixit video dominū. Itē poſt mortē plura miracula opatus eſt. Itē rome ſcte felicule vir/ ginis et martyris q̄ nolēs nubere nec ydolis ymolare tradit⁹ eſt cuidā vicario qui fecit eam pmo in tenebroſam cuſtodiaȝ carceris poni et fame cruciari. ſcdo in eculeo leuari. tercio in cloacam pcipitari.

¶ Elyſei ꝓphete ſanctiſſimi hic in ſamaria iuxta abdiā iacet

conditus huius ſtupenda opa liber quart⁹ regũ plenius ma-
nifeſtat. Item in territorio ſueſſionẽſi natale ſanctoꝝ marty-
rum rufini et valerij. qui a pſide ricciouaro poſt multa illata
tormenta iuſſi ſunt decollari.

vi e clxv ¶ In ſycilia natale ſanctoꝝ martyrum Uiti ⁊ modeſti ⁊ cre
ſcentie. Uitus ab infantia deum timuit. feruens in cilicio ele
moſynis ⁊ oꝛonib⁹ orans deum ne ſe derelinqueret. Facta eſt
aũt vox ad eum dicẽs. exaudita eſt oratio tua. pater eius hy-
las ſacrilegus vitũ ꝓpter fidem xpi catenis cedi iuſſit. Ange-
lus autẽ dñi orãte vito apparuit dicens ſibi eum aſtaturũ. et
oia quecũqꝫ xpo pecierit pſtaturũ. Ergo inuocand⁹ eſt ſanct⁹
vitus tanq̃ ſingularis patron⁹. Qui etiã cum ſocijs ſub dyo
cleciano imperatore poſt ollã plũbi feruẽtis poſt beſtias ⁊ cata
ſtas diuina virtute ſuperatas curſuꝫ glorioſi certaminis pegerũt.

xv f clxvj ¶ Antiochie natale ſanctorũ martyrum tyrici ⁊ iulite ma
tris eius qui poſt dira verbera ⁊ g̃uia tormenta martyrij ſui
curſum obtruncatione capitis cõpleuerũt.

iiij g clxvij ¶ Rome natale ſanctoꝝ martyrũ ducentoꝝ ſexagintaduo-
rum qui poſiti ſũt via ſalaria. Item ſanctarũ martyrũ ſophie
⁊ triũ filiaꝝ ſuarũ fidei ſpei ⁊ charitatis. Maximũ templũ cõ
ſtantinopolim ad ſanctam ſophiam dicit̃ ⁊ ipa ſancta ſophia
tres filias ſuas in dei timore ſapiẽter nutriuit. Prima xj. ſcḋa
x. ⁊ tercia viij. fuit añoꝝ. Uenit g̃ romã ⁊ oĩ die dñica ecclias
viſitauit et multas xpo matronas lucrabat̃. Accuſant̃ adria-
no ⁊ earum eſt pulcritudine ſic allectus vt eas in filias vellet
adoptare. Quẽ vt fimũ refutant fides pmo a xxxvj. militib⁹ ce
dit̃. ſcḋo mamille pciſe coram cunctis euellunt̃ lac de vulneri
bus ſed de mamillis ſanguis pfluit. Clamãt videntes iniuſtũ
ceſaris iudiciũ ⁊ virgo gaudẽs eidẽ etiã inſultat. Tercio can
dẽti craticule puella imponit̃ illeſa. Quarto ĩ ſartagine oleo
⁊ cera plena mittit̃. Quinto iubet̃ decollari. Inuocat̃ etiaꝫ
ſoror illius ſpes ſed nõ potuit flecti ad ſacrificia ydoloꝝ. Jo-

circo p̄mo in caldariū adipe cera ⁊ reſina plenū mittit̄ a quo gutte exhibētes infideles cremebāt. Nouiſſime iubet̄ glat io cōſumari. Tūc mater terciam filiā charitatē ↄfortabat. q̄ cū paruula eſſ3 adriano in nullo adulat̄. nec ſibi obedire voluit quare impiiſſim⁹ iubet eam p̄mo extendi et p̄ mēbra ⁊ iunctu ras dirumpi. Scōd fuſtib⁊ cedi. Tercio flagellari. Quarto in caminū ignitū ꝓici a quo p̄ ſexaginta cubitos ignis exiēs ſex milia ydolatrorū occidit. Uirgo autē illeſa in igne medio ambulabat ita vt quaſi aurū radiaret. Quinto candētib⁊ pfo ratorijs pforat̄. et ſic cū martyris tripudio trāſijt p̄ gladium ad coronā. Mater optima filiarū optimarū reliq̄as cū mul tis p̄ſentib⁊ recōdidit. ⁊ ſup̄ ſepulcrū ſe ponēs dixit. Deſidero filie chariſſime vobiſcū eſſe. Sic ergo in pace migrauit et ab aſtātib⁊ ſepulta eſt cum chariſſimis filiab⁊ ſancta ſophia que cum ſingula paſſa fuerat filiaꝝ tormēta. ⁊ ideo plus quā mar tyr fuit. Adrianus aūt totus putrefactus emarcuit confitens ſanctis dei iniuſte iniurias intuliſſe.

Rome via ardeatina natale ſanctoꝝ martyrum marci ⁊ mar marcelliani martyꝝ fratꝝ gemelloꝝ. q̄ a duce fabiano adſtipi tē ligati in pedib⁊ acutos clauos acceperūt. ⁊ in hymnis ⁊ in laudib⁊ p̄ſeuerātes lanceis p̄ latera trāſfixis cū palma marty rij ad celeſtia regna migrauerūt. Jn loco aūt ſepulture coꝝ ma tutinis horis celeſtes hymni ab his q̄ p̄ñtes fuerāt ſūt auditi.

Medyolano natale ſanctoꝝ martyrū geruaſij et ꝓthaſij qui fuerūt gemini fratres ciues medyolanēſes a ſanctis geni toribus vitale ⁊ valeria ꝓgeniti ⁊ beati pauli apl̄i monita ſecu ti. omnia ſua diſperſerūt paupib⁊. ⁊ in vno cenaculo deo deuo tiſſime ſeruierūt. ſenſerūt ꝙ dij coꝝ reſpōſa dare ↄtemnūt niſi geruaſius ⁊ ꝓthaſius ymolarent. Tenti ergo iubent̄ offerre libamina quaten⁹ expedici⁹ ꝓſperarent̄. Docent ſancti ꝓſpe ritatē petere ⁊ ydola cōtemnere. Geruaſius plumbatis cedit̄ vſq3 quo exalaret ſpm̄. Prothaſi⁹ vero fuſtib⁊ cedit̄ ⁊ capite

truncat̄. Philippus igit̄ ſeruus xp̄i cum filio ſuo corpa ſan-
cta rapuerūt et ſepelierūt. Et ſanctus ambroſi⁹ fere trecētis
annis trāſactis corpa geruaſij et ꝓthaſij recentia inuenit ac
ſi eadē hora ſepulta fuiſſent. Et cecus tactus feretro ⁊ multi
alij infirmi a diuerſis languorib⁹ eoꝝ meritis ſunt curati.

thos c clxx ¶ Rome depoſitio ſancti nouaci fratris thymothei p̄ſbiteri
qui ab ap̄l'is in fide xp̄i erudití ſunt. horū ſorores fuerunt po-
tenciana ⁊ praxedis ſacre virgines xp̄i. Item ſancti abagari
qui fuit dn̄s medíſſa ciuitate cui xp̄s dn̄s ſibi ſcribēdo ꝓmiſit
vt poſt aſcēſionē ſuā ſibi dirigere vnū de diſcipulis vellet qui
eū ſanaret. Et q̄mcito ſanct⁹ thateus ingreſſus eſt medíſſam
ſtatim ab agaro viſum diuini ſplendoris eſt in vultu ſancti ta
thei ſubito chorúſcaſſe. qḋ cū vidiſſet adorauit thateū dicens
Vere diſcipulus es dn̄i filij dei qui mihi dixit p̱ epiſtolā mitto
tibi aliquē de diſcipulis meis qui curet te vitam tibi p̄ſtet. Et
thathe⁹ rn̄dit. qꝛ magnifice credidiſti in eū. qui me miſit pro-
pterea miſſus ſum ad te et ponam manū meam ſup̱ te in noíe
eius. ⁊mox omnis egritudinis morbus ab eo penit⁹ receſſit
Et cū oīes infirmos curaſſet thateus predicauit illis viam
ſalutis ⁊ fidem catholicā quam deuote ſcripſerunt.

al d clxxi ¶ In britania ſancti albani martyris q̄ tempe dyocleciani.
Primo pro fide verbera ⁊ tormēta acerba pacīēter ſuſtinuit
Secundo capite plexus. Sed ſancto albano in terrā cadente
oculi eius qui eum p̱cuſſit. ⁊ ex capite eius ceciderūt. qui pro-
prium caput ſuum tulit vſq₃ ad locum ꝓprijs manib⁹ vbi huc
vſq₃ iacuit ſepultū. Paſſus eſt etiā cum illo vnus de militib⁹
eo ꝙ ip̄m ſanctū albanū ferire iuſſus noluerit. Itē rome na
tale ſancte demetrie virginis. hec cum ante impium iulianum
pro fide xp̄i introduceret̄ in confeſſione dn̄i emiſit ſpiritum et
migrauit ad celum.

ſan c clxxij ¶ Apud alexandriam in monte qui vocatur ararath paſſio
ſanctorum decem milium martyrū. quorū dux acbacius glo-

rioſiſſimꝰ fuit. Qui ſancti martyres cū alijs ſex regibꝫ adria-
no in auxiliū venerāt ab eodē adriano iuſſi ſunt ydolis ymo-
lare qui rn̄derunt. O imperator tuis ydolis nō ſacrificemus. ſed
ſacrificiū viuū ⁊ imaculatū noſmetipos offerimꝰ dn̄o nr̄o ihū
xp̄o regi imortali. qui ꝓ nobis ſemetipm̄ patri obtulit in ara
crucis. Tunc iratus imperator iuſſit eos diu torqueri ⁊ multis
malis affligi ⁊ vltimo crucifigi. Et oīa tormenta que dn̄s no-
ſter ihs xp̄s paſſus eſt illata ſunt eis. que illi forti aīo ⁊ fide
firmiſſima ſuſtinuerūt. Inter quos paſſus eſt ſanctꝰ hermo-
laus archieps̄ qui ſanctos martyres baptizauit. Numerus
exercitus a quibꝫ ſancti martyres paſſi fuerūt xxx. milia. locꝰ
in quo ſancti martyres paſſi ſunt eſt mons marimꝰ cui nomen
ararath diſtans a ciuitate alexandria. que eſt in armenia ſta-
dijs q̄ngentis. Hora autē erat ſexta ipius diei ⁊ ſexta feria ⁊
ipa hora terremotꝰ factus eſt magnus ⁊ petre ſciſſe ſunt ⁊ te-
nebre facte ſunt ⁊ ſol obſcuratꝰ eſt. ⁊ oīa ſigna que in paſſio-
ne dn̄i noſtri ihū xp̄i facta ſunt viſa ſunt. Tunc martyres ſan
cti orando quaſi vno ore fundētes preces ad dominū dixerūt.
Dn̄e deus om̄ipotens queſumꝰ memēto noſtri in hoc patibu
lo crucis. ⁊ ſuſcipe dep̄cationē nr̄am. vt que a te poſcimꝰ no-
bis cōcedere digneris. vt quicūqꝫ memoriā paſſionis nr̄e cor
de ⁊ aīo cum ieiunio ⁊ deuotione celebrauerūt a te merean
tur conſequi fructuoſam mercedē tribuendo eis ſanitatē cor
poris ⁊ medicinam animarū. et in domibꝫ eoꝝ omniū bonoꝝ
habundantiā intus ⁊ foris cōcede. Et ſi in p̄lijs fuerint non
eis nocere valeant hoſtes viſibiles et inuiſibiles te ꝓ eis pu-
gnante. Et ſicut tibi dn̄e placet armis tue potētie ꝓtege dies
quoqꝫ vnus paſſionis noſtre vnū penitēciale annū et integrā
carenā cōcludat ieiunātibꝫ et obſeruātibꝫ ſe deuote. Et hoc
a te poſcimus deuote dn̄e diſſipa omnē occupationē ⁊ omnē
ſpiritū imundū omnēqꝫ infirmitatē ab eis lōge repelle. quia
glorioſum eſt nomē tuū ⁊ laudabile in ſecula ſeculoꝝ. Et di-

centibꝰ omnibꝰ amē. Audita eſt vox de celo dicens. Que pe-
tiſtis dilectiſſimi mei ſcitote vos impetraſſe. gaudete ꝗꝫ ⁊ leta
mini. quia oꝛones vr̄e coꝛam xp̄o om̄ipotenti im̄oꝛtali veraci-
ter exaudite ſunt. Et his dictis emiſerūt ſpiritū in cōfeſſione
dn̄i noſtri ihū xp̄i p̄mia eterna in ꝑpetuum ꝑcepturi.

xi f clxxiij Alexandꝛie natale plurimoꝝ martyrū quoꝝ multi obtrū-
catis auribꝰ atqꝫ naribꝰ ceteroꝛūqꝫ mēbroꝝ amputatis ſum-
mitatibꝰ feliciter obierunt. Item in tuſcia ciuitate vtrina ſan
cti felicis p̄ſbiteri cuius os tam diu iuſſit thuricꝰ p̄fectus la-
pide contundi donec emitteret ſpiritū. Itē natale ſancti iohā
nis p̄ſbiteri quem impius mandocū via ſalaria veteri an̄ ſi mu
lacrū ſolis decollari p̄cepit. Itē vigilia ſancti iohānis bapti-
ſte ⁊ p̄curſoꝛis domini noſtri ihū xp̄i.

ix g clxxiiij Natiuitas ſancti iohannis baptiſte et p̄curſoꝛis dn̄i.
Cuius natiuitas ab angelo gabꝛiele h̄ mō denūcia-
ta eſt dauid rex ſicut habet̄ in hyſtoꝛia ſcolaſtica vo-
lēs cultū dei ampliare xxiiij. ſūmos ſacerdotes inſtituit. quoꝝ
tm̄ vnus maioꝛ erat qui p̄ncipes ſacerdotū vocabat̄. Statuit
etiā xvj. viros de eleazar ⁊ viij. de ythamar. ⁊ ſcd̄m ſoꝛtē dedit
vnicuiqꝫ ebdomadā vicis ſue. Abyas autē octauā ebdomodā
habuit de cuius genere zacharias fuit. Erant aūt ipſe ⁊ vxoꝛ
eius elizabeth ſenes ⁊ abſqꝫ liberis. Cum ergo zacharias in
templum dn̄i ⁊ incēſum poneret ingreſſus fuiſſet. ⁊ multitudo
populi defoꝛis ſtaret ⁊ expectarent apparuit ei gabꝛiel angelꝰ
ſtans a dextris altaris incēſi. Cū aūt zacharias in eius viſio-
ne timeret ait angelꝰ. Ne timeas zacharia exaudita eſt oꝛo
tua. ꝓpꝛiū eſt bonoꝛū angeloꝝ ſicut dicit gloſa ex ſua viſione
territos benigna exhoꝛtatōe ꝓtinus ꝯſolari. Protinꝰ demo
nes ſi q̄s de ſua p̄ñtia territos ſentiūt amplioꝛi terroꝛe cōmo-
nent. Annūciat ergo gabꝛiel zacharie ſe filiū habiturum cui
nomē iohēs erit. qui vinū ⁊ ſicerā non bibet. ⁊ ſpūſancto re-
plebit̄ adhuc ex vtero mr̄is ſue et an̄ deū i ſpū ⁊ virtute helye

precedet. in natiuitate eius multi gaudebūt. zacharias aūt cō
ſiderās ſenectutē ſuam ⁊ vxoris ſterilitatē dubitare cepit ⁊ ſi-
gnū ab angelo reqſiuit. Angelus aūt ꝓ eo ꝙ verbis ſuis nō
credidit ipm̄ taciturnitatis plaga ꝑcuſſit. Egreſſus autē za-
charias de templo nō poterat loqui ad ppl'm. ⁊ cognouerūt
ꝙ viſionē vidiſſet ī templo. ⁊ ipe erat innuēs illis. ⁊ erat mu-
tus. Et factū eſt vt impleti ſunt dies officij eius abijt in domū
ſuā. poſt hos autē dies cōcepit Elizabeth vxor eius et occul-
tabat ſe menſibus quinqꝫ. quia ſcd̄m ambroſium partus ſui
erubeſcebat etatem ne in ſenectute vacaſſe libidini videretur
In mēſe autem ſexto miſſus eſt angelus gabriel a deo in ci-
uitatem gallilee cui nomē. Nazareth ad virginem mariam
deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph. de domo dauid ⁊
nomen virginis maria. et ſic hoc menſe ſexto bt̄a maria cōce-
pit ih̄m xp̄m ⁊ aſcēdit in mōtana ⁊ intrauit domū zacharie et
ſalutauit Elizabeth. Manſit aūt beata virgo trib9 menſib9
cū cognata ſua miſtrās ei. Elizabeth aūt implet9 eſt tempus
parturiēdi ⁊ pepit filiū ⁊ audierūt vicini ⁊ cognati eius ꝯgra-
tulabāt ei. Et de die octauo venerūt circūcidere puerū et vo-
cabāt eum noīe p̄ris ſui zachariā ⁊ dixit mater eius nequaꝙ̄
ſed vocabit iohēs. Innuebāt aūt patri eius quē vellet voca-
ri eū qui ſcripſit dicēs. Iohēs eſt nomē eius. Et mox apertum
eſt os zacharie. ⁊ lingua eius loquebat̄ bn̄dicens deū ⁊ ꝓphe-
tauit dicēs. Bn̄dict9 dn̄s deus iſrael. quia viſitauit ⁊ fecit re-
demptionē ⁊c̄. Puer aūt creſcebat ⁊ ꝯfortabat̄ ſpū. et erat in
deſerto vſqꝫ in diē aſcēſionis ſue ad iſrael. Priuilegia aūt ſan-
cti iohīs baptiſte ſingularia fuerunt an̄ ꝯceptionē duo. Pri-
mum angelica nunciatio. Scd̄m noīs expſſio. Poſt ꝯceptio-
nē duo. Primū eius ſctificatio in vtero mr̄is. Scd̄m ad p̄ſen-
ciā xp̄i exultatio. In natiuitate duo. Primū q2 fuit materia
gaudij magni. Scd̄m q2 officiū lingue miraculoſe reddit̄ pa-
tri. In eius ꝯuerſatōe duo. Primū fuit ꝑrogatiua viuendi.

quia vinū ⁊ ſicerā nō bibit. Scḋm fuit excellētia officij. quia fuit plus q̄m ꝓpheta. In morte duo. Primum fuit nobilitas martyrij. q꜠ ꝑ veritate iuſticie mortē ſuſtinuit. ⁊ ꝓpter h̄ merito vocat̃ iohānes. id eſt in quo eſt gr̄a. quia ſcḋm gloſam in eius ortu ꝑſtita eſt gratia ei ⁊ parentibꝫ ⁊ filijs iſrael.

ban A clxxv ¶ In alexandria natale ſancti gallicani martyris qui cū triumphalibꝫ infulis ſublimat⁹ acceptus eſſet auguſto ꝯſtantino. ꝑ ipius filiā noīe ꝯſtantiā ac xp̄i martyres iohānē ⁊ paulum ad fidem xp̄i cōuerſus eſt. Huius ſacre opinionis fama poſtmodū in toto orbe in tantū excreuit. vt ab oriēte ⁊ occidēte veniētes viderūt virū ex patricio ⁊ ꝯſule lauātē pedes pauperū. ponentē mēſam. aquā manibꝫ effundētē languētibꝫ ſollicite miſtrantem. ⁊ cetera ſancte virtutis officia exhibentem Ipe vero cū ſacrificare rogaret̃ ſub iuliano ⁊ ꝯtēneret percuſſus gladio migrauit ad xp̄m. Itē ſc̄ti eligij q̄ dū portabat̃ a mr̄e ſua i vtero q̄dā aq̄la volitās ſup eā frequēci⁹ eam tegēs alis ſuis cū ſpaciādo oraret i orto ſuo more ſolito Q̄d rex frācie aduertēs ꝓſpiciēs de caſtro ait cogitauit aliq̄d magni deſignari puerū natū de ſacro fōte leuauit q̄ pluribꝫ ānis ad lr̄as poſit⁹ diſcēdo mltū ꝓfecit. Sꝫ pluribꝫ ānis t̄nſactis aurifaber fact⁹ oīa q̄ habuit paupibꝫ diſtribuit. Rex ḡ cū plurimū dilexit. ⁊ equū ſuū ferrādo argēteis babatis ſibi ꝯmiſit. Qui particularit̄ pedes eq̄ abſcidit et cōpleto ope eq̄ reappoſuit. Q̄d vidēs fuus ſu⁹ h̄ idē facē attētauit ſꝫ nō valuit. Et redargut⁹ ab eo q̄re attētare p̄ſumpſerit. r̄ndit ſeru⁹. dn̄e h̄ adiſcē volui q̄d tu facis ſꝫ nō potui: At ille fili mlt̄a licēt q̄ tn̄ nō expediūt ⁊ ipo equo pedē appoſuit ⁊ ſanauit. Itē ep̄s pariēſis factus mlt̄is miraculis claruit cecis viſum claudis greſſum repauit.

io b clxxvj ¶ Rome natale ſanctoꝝ martyrū iohis ⁊ pauli fratrū quorum p̄mus p̄poſit⁹. ſcḋs p̄miceri⁹ cōſtantie filij ꝯſtantini fuit. quos iulian⁹ apoſtota voluit cōpellere ad ſacrificandū. et miſit therencianū ad eos qui dixit eis. Dominus noſter iulian⁹

ſtatunculā aureā iouis ad vos miſit. vt eidem thura accenda-
tis aliquin ābo ſimul ꝑibitis. Cui ſancti dixerūt. Si tuus dn̄s
iulianus eſt habeto pacē cum eo. Nobis alius dn̄s nō eſt niſi
ih̄s xp̄s. Tūc iuſſit eos occulte decollari i domo ſua. q2 nobi-
les erāt. Ubi mlta demonia ſunt eiecta. ⁊ fili⁹ terēciani a de-
mone arripit̄ ⁊ intra domū clamare cepit. O ſancti ioh̄es et
paule oꝛones vr̄e incendūt me. Quo vidēs ⁊ audiens terencia
nus chꝛiſtian⁹ efficit̄. ⁊ pn̄iam egit. et filius eius a demonio li
berat̄. Paſſi ſūt aūt circa ānos dn̄i ccc.lxiiij. Itē qdā matro
na eccliam ſctoꝝ martyrū frequēcius viſitabat ⁊ quodā die i
habitu ꝑegrino ſancti martyres apparuerūt ei dicentes. Tu
nos mō frequēcius viſitas ⁊ nos i die mortis tue te reqrem⁹.
⁊ q̄cquid poterim⁹ tibi p̄ſtabimus. ⁊ his dictis euanuerunt.
¶ Apud tybertinā vrbē ytalie natale ſimphoꝛoſe cum ſeptē dor c clxxvij
filijs quoꝝ mater ſub adriano p̄ncipe ob fidei ꝯſtantiā pꝛimo
palmis ceſa. deinde crinib9 ſuſpēſa. Nouiſſime ſaxo alligata i
flumē eſt p̄cipitata. Filij aūt eius ſtipitib9 ad trocheas extēti
diuerſo mortis exitu martyriū ꝯpleuerūt. Itē ſctoꝝ ſeptē doꝛ
mientiū. qui fugiētes a facie decij in quodā mōte vſq3 ad tem-
poꝛa theodoſij xp̄ianiſſimi impatoris ſc3 ccc.lxiij. ānis om̄ib9
incogniti doꝛmierūt. Et nutu dei quidā iubet montē mūdari
pꝛo ſtabulo iumentoꝝ. Dum vero lucē a longe viderēt putāt
ſe tantū vnā noctē doꝛmiuiſſe. Mittūt vnū de ſuis noīe mal-
chū vt cōſueuerāt cū moneta decij ad emendū eſcas. q̄ dū ad
vrbē ꝑuenit cruces ſuꝑ poꝛtas cernit xp̄m ab om̄ib9 nomiari
audit putat ſe raptū in extaſi. ⁊ cunctis ſe credit cognoſci dū
nullū agnoſceret tandē ꝑ monetā ꝯpꝛehendit̄. Et p̄mo tanq̄
amens tractat̄. Deinde in ſe reuerſus marinū ep̄m. ⁊ ꝓcōſu-
lem ciuitatis cū multis alijs ad frēs ſuos ꝑduxit. qui oīa q̄ ac-
ciderāt referentes et compta veritate aduocat̄ theodoſius im
perato2 ⁊ cūctis aſtātib9 capita ad terram declinātes doꝛmie
runt in xp̄o. quos impato2 amplexus flens oſculat̄. ⁊ ſolennē

ecclesiam edificauit ubi sancti venerantur.

le d clxxviij Rome natale beati leonis pape qui in cōstantinopolitano synodo cum multis fidē unicā exposuit euticianos ⁊ nestorianos hereticos dānauit. Calcedonēse cōciliū celebrauit ubi solas vgines velari instituit. Ibi etiā statutū instituit ut beata maria virgo nō solum hoīs. ſ3 ⁊ dei mater sicut vere est crederet̄ ⁊ diceret̄. Hic etiā in eccl'ia sancte marie maioris in die dñice resurrectōis celebrauit. Et dum fideles p ordinē cōmunicaret q̄dam matrona eius manū osculata est. ⁊ ex h vehemens carnis temptatio insurrexit. Sed vir dei eodē die manū absciđit ⁊ a se reiecit. Interea murmur oriebat̄ in ppl'o cum sūmus pontifex diuinū officiū more solito nō celebraret. Tūc sctūs leo ad btām vgine se cōuertit ⁊ ei se totū cōmisit. Tūc illa cōtinuo manū ei restituit iubens ut in diuino officio pcederet ⁊ suo filio sacrificiū ymolaret. Sanct⁹ aūt leo oīm populo qđ sibi cōtigerat narrauit. ⁊ manū sibi restitutā oīb3 euidenter ostēdit. Obijt aūt circa annos dñi ccc. lx. Item eodem die vigilia beatoꝝ apl'oꝝ petri ⁊ pauli.

pe c clxxix Rome natale sanctissimoꝝ apl'oꝝ petri ⁊ pauli. Qui petrus rogat̄ a fidelib3 ut passionē fugeret. q2 ipm nero detineri iussisset. qui pmo rēnuit sed victus lacrimis ppl'i p viam apiā solus recedebat. Cui in loco qui nūc dicitur sancta maria ad passus dñs ihs apparuit. Quē petrus adorās dixit. Dñe quo vadis. Et dñs. Venio romā iterū crucifigi. Qđ apl'us de sua passione intelligēs rediit h fratrib3 narrauit. Hij ergo petr⁹ et paulus passi sunt sub nerone cesare Basso et tusco consulib3. Passi sunt autē sicut dicit Leo papa. uno die uno in loco sub uno duce. In uno die passi sunt. ut ad celū pariter puenirēt uno in loco ne alteri roma deesset. sub uno psecutore ut eq̄lis crudelitas utrūq3 cōstringeret. de h extant versus. Ense coronat̄ paulus cruce petrus eodem. Sub duce. luce. loco. dux nero. roma locus. Et q2 dicit leo passi sūt eodē loco. hoc

ideo dicit. quia ambo rome paſſi. Victo eñ ſymone mago ab
apl'is data eſt in apl'os ſentẽtia mortis. De hac autẽ ſentẽtia
in eos data dicit dyoniſiꝰ in epiſtola ad thymotheũ de morte
pauli in hec verba. O frater mi thymothee ſi vidiſſes agões
conſũmatõis ipſoꝝ defeciſſes quidẽ pre triſticia ⁊ dolore. quis
nõ fleret illa hora qñ p̃ceptum ſentẽtie egreſſum in eos eſt. vt
petrus crucifigeret̃ ⁊ paulus decollaret̃. Vidiſſes tũc turbas
iudeoꝝ ⁊ gentiliũ ꝑcucientes eos. et expuentes in facies eoꝝ.
Aduenīẽte autẽ terribili tempe ꝯſũmatõis ipoꝝ cũ ſeparen
tur ab inuicẽ ligauerũt colũnas mundi nõ vtiqꝫ abſqꝫ fratruꝫ
gemitu ⁊ ploratu. Tunc inq̇t paulus petro. pax tecum funda
mentũ eccleſiaꝝ ⁊ paſtor omũ et agnoꝝ xp̃i. Petrus autẽ ad
paulũ ait. vade ĩ pace p̃dicator bonoꝝ morũ. mediator et dux
ſalutis iuſtoꝝ. Cumqꝫ elõgaſſent eos ab inuicẽ ſecutꝰ ſum ma
giſtrũ meũ. nõ eñ in eodẽ vico occiderũt eos. Hec dyoniſiꝰ.
petrus aũt vt leo et marcellus teſtant̃ cum veniſſet ad crucẽ
ait. Quoniã dñs meus de celo ad terram deſcendit recta cru-
ce ſublimatꝰ eſt. me autẽ quẽ de terra ad celũ reuocare digna
tur crux mea caput meũ in terrã debet extẽdere. et pedes ad ce
los dirigere. Ergo qꝛ nõ ſum dignus ita in cruce eſſe vt dñs
meus. crucẽ meã girate et capite dimiſſo me crucifigite. Tũc
illi crucẽ verterũt ⁊ pedes ſurſum manꝰ autẽ deorſum fixerũt
et ſic coronatus ad celos aſcẽdit. De martyrio autem pauli
apoſtoli beatus hylariꝰ dicit in hec verba. paulꝰ apl'us poſt
ſui cõuerſiõẽ in philippis virgis cedit̃ in carcere ponit̃ ⁊ in li
gno pedibꝫ affigit̃. In lyſtris lapidat̃. in yconio et theſſalo-
nico ab iniquis ꝑſequit̃. In epheſo feris dat̃. in damaſco ꝑ
ſportã a muro deponit̃. in hieruſalẽ ſiſtit̃ cedit̃ ⁊ ligat̃ ⁊ inſi-
diat̃. in ceſarea claudit̃ criminat̃. Nauigãs in ytaliã ꝑiculo
dirigit̃. Romã veniẽs ſub nerone iudicat̃ et occiſus finitur.
Hec hylarius. dyoniſiꝰ autẽ in ep'la ad thymotheũ de morte
pauli ſic dicit. In hora aũt illa triſticia plena frater mi dile-

ete dicente carnifice paulo. Collū para. tunc beatus aposto-
lus suspexit in celum muniēs frontē et pectus suū signo san-
cte crucis et dixit. Dñe mi ih̄u in manus tuas cōmendo spiri-
tum meū. Et tunc absqꝫ tristicia ꝛ ꝯpulsione extēdit collū. et
suscepit coronā. Moxqꝫ caput eius a corpe exiliens ih̄s xp̄s
qui sibi in vita sua tam dulcis extitit ꝛ tam crebro noīauit he-
braicam clara voce insonuit. Dicit̄ eñi ipm in suis ep̄lis xp̄m
vel ih̄m vel vtrūqꝫ ꝯiungens q̄ngentis vicibꝰ nominasse. De
eiꝰ autē vulnere vnda lactis vsqꝫ in vestimēta militis exiliit.
ꝛ postea sanguis effluxit. In aere lux in mensa emicuit de eiꝰ
corpore odor suauissimꝰ emanauit.

pau f clxxx Cōmemoratio sācti pauli ap̄li. qui licet hesterna die pas-
sus sit vel fuerit. Ordinauit tñ sanctus gregorius vt hesterna
dies specialiꝰ fieret quo ad officiū solēnitas sancti petri apo-
stoli ꝛ hodierna die cōmemoratio sancti pauli ꝛ quadruplici
de causa. Tū quia eadem die fuit dedicata ecclesia sancti pe-
tri. Tum quia maior est dignitate. Tum quia prior conuer-
sione. Tum quia p̄matū obtinuit rome. Item eodē die bea-
tissimus marcialis apud iudeā in tribu beniamin ciuitate ra-
math ex nobilissimis iudeorum patre marcello ꝛ matre eliza-
beth natus cum xv. annoꝝ esset audiens dñm ih̄m xp̄m p̄di-
cantem penitentiā agite appropinquabit eñi regnū celorum.
Et nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto nō potest
intrare regnū celoꝝ. iubēte dño baptizatus est a beato petro
ap̄lo. nec non ꝛ ioseph qui postea dñm sepeliuit multiqꝫ alij
iudeoꝝ q̄s lōgū esset enarrare. Reuertētibꝰ oībꝰ ad ꝓpria so-
lus marcialis discipulatui dñi nr̄i ih̄u xp̄i adherēs beato pe-
tro se sociauit. qui ei ex ꝓpria affinitate ꝯsanguinitatis iun-
gebat̄. Beatus marcialis consanguineus fuit beati stephani
ꝓthomartyris. Beatꝰ marcialis cum dño fuit qñ lazaꝝ q̄dri-
duanū i bethania suscitauit. Cōsūata saluberrima p̄dicatōe
dñi nr̄i ih̄u xp̄i qñ cū discip̄lis corꝑalit̄ cenauit ac misteria eiꝰ

coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis ſui in panis et vini ſacraměto ꝯtradiſt
eorũqꝫ pedes lauit ⁊c̃. Iſte beatiſſim⁹ marcialis ad ſeruiendũ
deputatus fuit cum cleopha ⁊c̃. vt ea que neceſſaria eſſent ſup
plerẽt cibi videlicet ⁊ pot⁹ ⁊ aquã ⁊ lintheamĩa ad diſcipulo
rũ pedes ablučdos ⁊ detergẽdos. Poſt reſurrectionẽ qñ diſci
pulis apparuit ⁊ dixit eis pax vobis. Deinde eis manus ⁊ pe-
des oñdit ⁊ coꝛã eis partẽ piſcis aſſi ⁊ fauũ mellis ꝯmedit ſan
ctus marcialis ſicut ceteri diſcipuli partem a dño accipe me-
ruit. Cũ dñs diſcipulis in galilea in mõte apparuit btũs mar
cialis interfuit ⁊ ptãtem p̃dicandi a dño ſicut ceteri diſcipuli
ſuſcepit. dicẽte dño euntes in mundũ vniuerſuꝫ docete oĩes
gentes baptiȥãtes eos in noĩe pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Quan
do dñs ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit cum thomas ab
eſſet btũs marcialis ibi affuit ⁊ ptãtem ligandi atqꝫ ſoluendi
ſicut ceteri apl̕i accepit dicẽte dño. Accipite ſpm̃ſanctũ quo-
rũ remiſeritis pc̃ta remittunt̃ eis. Cumqꝫ dñs ihs diſcipulos
ſuos in bethaniã eduxiſſet. et eleuatis manib⁊ ferret̃ in celũ
⁊ bñdiceret eis btũs marcialis cũ diſcipulis bñdici meruit. et
cum illis in ieiunijs ⁊ oꝛõib⁊ pſtitit quouſqꝫ die decima aſcẽ
ſionis chꝛiſti ad patrẽ. ſpm̃ſanctũ in igneis linguis ſup ſe veni
entẽ vidit. ac cum alijs oĩb⁊ edoct⁹ liguis in vniuerſis reſur
rectionis xp̃i teſtis extitit. Deinde poſt ꝑceptioneꝫ ſpũſſancti
apoſtoli in fide coꝛoboꝛati ꝑ totũ mundũ diſperſi eſſent. bea-
tus petrus aploꝛũ p̃nceps ⁊ beatus marcialis eius ꝓpinquus
antyochiã venerũt. Predicãtib⁊ vero illis ibidẽ tantam eis
dñs gratiã cõtulit ꝙ innumerabilẽ populũ ad fidem xp̃i cõuer-
terent. ⁊ multas baſilicas ibi cõſtruerẽt. Oꝛdinatis etiã ibi-
dem ep̃is p̃ſbiteris ⁊ dyaconib⁊ cum profectis beatus petrus
cum ſanguineo ſuo marciali romam perexit fidem chꝛiſtianam
predicantes ⁊ regnum dei euangeliȥãtes. Anno autem ſecun
do poſtq̃ venerunt romam apparuit domin⁹ petro ⁊ monuit
vt dirigeret beatum marcialem ad galliarum prouincias ad

predicandū. Tūc beatꝰ petrus ſcō marciali oīa per ordinē
narrauit que ſibi a dño fuerant impata. Beatus aūt marcia-
lis in galliarū partes venit. ydolum cui nomen lemonix erat
deſtruxit. Juuenē quendā defunctū ſuſcitauit. Jngreſſus le-
monicinū ad tullum caſtellū filiā cuiuſdā diuitis a demonio
liberauit. filiū etiā pncipis eiuſdē caſtelli a dyabolo ſuffocatū
reſuſcitauit. Omnia ſimulacra ydolorū ibidē btūs marcialis
cōfregit ⁊ ad nihilū redegit. Erat em̄ beatꝰ marcialis diuina
eruditione plenus. religione in ſignis morū pbitate pollens
miraculoꝝ exhibitione admirabilis. Erat etiā amator dei et
pximi cōtemptor ſeculi ⁊ cui viuere xp̄s erat ⁊ mori lucrum.
Anno autē xl. poſt reſurrectionē dñi apparuit ei dñs dicens.
Pax tibi ſit fideliſſime frater. Beatus marcialis repletꝰ gau-
dio magno dixit. Depcor te dñe ihū xp̄e clemētiam et iubeas
me recipi in claritatē quā mihi ⁊ oībꝫ diligētibꝫ te pmiſiſti
Et dñs ad eū. Quindecima die veniā ad te chariſſime frater
⁊ recipiā te. et faciā te heredē regni mei. Hoc audiēs beatꝰ
marcialis cōuocatis fratribꝫ ſuis indicauit eis diē obitus ſui
īminere. ⁊ q̄liter hoc ipm a dño nr̄o ihū xp̄o cognouiſſꝫ. Au-
dientes aūt vniuerſi ppl'i qs ipe ab errore ad verā viam duxe
rat cū fletu ⁊ eiulatu magno ad eū venire ceperūt ppl'us vide-
licet pictauienſiū bituricenciū ⁊ auernoꝝ ſiue vaſtanū vel go
thoꝝ cupiētes bñdici ab eo pusq̄ ab illis auferet. Appropin-
quāte vero die obitus ſui prexit foras ciuitatē ad portā q̄ di-
citur calcinea. ibiq; oīm pplo ſermonē pposuit q̄liter deū co-
lere deberet trinū in pſonis vnū ī eſſentia diuinitatis. Narra
bat etiā xp̄i baptiſmū ieiuniū tentationē quā a dyabolo fer-
re voluit ⁊c. vſq; q̄liter vēturus ſit iudicare viuos ⁊ mortuos
Hec ⁊ alia plura cū dixiſſet vrgente eū vi febriū hāc pplo de-
dit bñdictionē dicēs. Omps deus ſua vos clemētia bñdicat ⁊
ſenſum in vobis ſapientie ſalutaris infundat amen. catholice
fidei documētis enutriat. et in bonis opibꝫ pſeuerabiles red-

dat amē. Greſſus vr̄os ad vitā dirigat viāqꝫ pacis ⁊ charitatis oñdat amē. Cunctꝫ rñdiſſent oēs amē. Iterū ꝯuerſus ad eos dixit. Bñdicat vos dñs ⁊ cuſtodiat ⁊ illūiet faciē ſuā ſup vos ⁊ miſereať veſtri. conuertat vultū ſuū ſup vos ⁊ miſereať vr̄i. ꝯuertat vultū ſuū ſup vos ⁊ det vobis pacē qđ ipē p̄ſtare digneť. qui de lymo terre vos formauit ⁊ p̄cioſo ſāguine redemit. cui⁹ poteſtas ꝑmanet i ſecula ſeculoꝝ. Et rñdit oīs ppľs amen. Deinde cōuerſus ad dñm dixit. Dñe ihu xp̄e paſtor cōmēdo tibi oues q̄s mihi bt̄o petro nūciāte tradidiſti. Hec dicens vltimā huiuſmodi ad dñm effudit p̄cem. In man⁹ tuas cōmēdo ſpm̄ meū. Cūcto ppľo flēte manu annuēs vt ſilerent p̄cepit ⁊ dixit. Nūquid nō auditis q̄nte laudes veniūt de celo. Et vox de celo audita eſt dicēs. Egredē de corpe bñdicta aīa quia de lōginq̄s regionibꝫ aduenisti. ⁊ voci mee obediēs parētes et patriā dereliq̄ſti ⁊ me ſecut⁹ fuiſti. Ideo eris iugiter mecū. Poſt hāc vocē cū magno ſplēdore prexit in celū p̄ridie kľ. iulij. videtibꝫ oībꝫ qui aderāt ac deū gľificātibꝫ. Angeloꝝ etiā chorus audit⁹ eſt interim dicēs. Beat⁹ es quē elegiſti et aſſūpſiſti dñe habitabit in atrijs meis in ſecula ſeculoꝝ amē.

## Julius

Sancti marini militaris hieroſolymoꝝ ciuis q̄ ꝓdit⁹ q̄ eſſet xp̄ianus ⁊ a iudice interrogať. et ipſe libera voce ꝓteſtat⁹ eſt ſe eſſe chriſtianū. et iudex ait. Eligas vt dijs ymoles ⁊ viuas. Rñdit oportet deo plus obedire quā hoībꝫ ⁊ ſic decollat⁹ eſt. Item in territorio lugdunēſi depoſitio ſancti domiciani abbatis. qui p̄mus illic heremiticā vitā exercuit plurimoſqꝫ ſibi in die ſeruicio aggregās magniſqꝫ v̄tutibꝫ et gľioſis actibꝫ ac miraculis valde clarus collat⁹ eſt ad patres ī ſenectute bona. Itē in eodē die octaua ſancti iohis baptiſte. jul g clxxxj

Viſitatio ſancte marie ſicut poſtq̄ concepit xp̄m ſtatim abijt in montana. Et ſalutauit elizabeth. Et factū ē vt audiuit ſalutationē marie elizabeth pro A clxxxij

exultauit infans in vtero eius. Item rome via aurelia nata-
le ſanctorum martyrum ꝓceſſi et martiniani. qui a beato pe-
tro apoſtolo baptizati ſub nerone a paulino magiſtro milicie
dū ſe xp̄ianos aſſererent. Primo ora eorum lapide cōtūdunt̄
Secundo ſuſpenſi in eculeo fuſtibꝫ et neruis cedunt̄. Tercio
flame eoꝝ lateribꝫ opponunt̄ ⁊ p̄ſentata eſt eis ymago iouis
⁊ ipſi expuerūt in faciē ymaginis dicētes. gloria ī excelſis deo
Quarto iteꝝ ī eculeo ſuſpēſi ſcorpionibꝫ caſtigāt̄ ⁊ vindicta
dei paulinū arripiēs dextrū oculū amiſit. Et poſt triduū pauli
nus arreptꝰ a demōe expirauit. Qđ cū audiſſꝫ ceſarius p̄fectꝰ
ſc̄os martyres. Quito decollari fecit. ⁊ ſic ad xp̄m mig̃uerūt
ces b clxxxiij ¶ Sancti gregorij epī qui cōcertātibus duobꝫ fratribus de
quidā ſtagno facta oratiōe aquā lacui ſub abduxit. ⁊ abiſſum
diuino nutui reſtituit virentē campū germanis concordibus
dereliquid. Sed et quodā tēpore vt eccleſie faciende locꝰ ſuf-
ficeret mōtem precibꝫ mouit. Itē apud ediſſam meſopotanie
trāſlatio corporis ſancti thome apoſtoli.
d e clxxxiiij ¶ Sanctiſſimi vdalrici p̄ſulis auguſteñ. qui ſanctus ab infan
cia fuit. quem ſui religioſi parentes et nobiles ac illuſtres ad
ſanctum gallū deuotiſſimis monachis ꝯmēdauerūt. Qui val
de ibidem ꝓficiens ſciencijs ⁊ moribꝫ qui oraculis cuiuſdam
ſancte virginis ꝓpter deum recluſe futurꝰ ep̄s deſignatur qui
quodam die paſce celebrante miſſam dextera ſupna dei appa-
ruit q̄ nutu ipſiꝰ dextra dona ſacra ſanctificauit. qđ eciā ante ī
cena dn̄i ſimiliter factum eſt. Qui ſanctꝰ deuote vixit ⁊ obijt
in ciuitate auguſta ſepultus eſt cuiꝰ dyoceſ̄ ip̄e patronus eſt
Item turonis tranſlatio corpis ſancti martini epī ⁊ cōfeſſo-
ris ⁊ ordinatio ep̄atus eius ⁊ dedicatio baſilice ipſius.
dal d clxxxv ¶ Rome natale ſancte zoe vxoris ſancti nicoſtrati mar-
tyris que dum ad ſepulchrum beati petri apoſtoli oraret a
perſecutoribus pro fide catholica. Primo in cuſtodiam ob-
ſcuriſſimam truſa eſt. Secundo in collo et capillis in arbore

ſuſpenſa ad habita ſup horribili fune. ⁊ ſic emiſit ſpiritum.
¶ Rome natale beati tranquillini martyris patris marci ⁊ marcelliani martyrũ. qui ad p̄dicationē beati ſebaſtiani credens in xp̄m. dum ad confeſſionem beati pauli oraret tent⁹ a paganis ac lapidat⁹ martyriũ ſumpſit. Itē apud iudeā yſaie qui ſanctus in duas partes ſerra diuiſus. ⁊ ſic occubuit ac ſepultus eſt ſub quercu. Itē octaua apl'oꝝ petri ⁊ pauli. oc e clxxxvj
¶ Apud alexandriā natale ſancti panthemij viri apoſtolici ⁊ om̄i ſapiētia ordinati. cuius tantũ ſtudij ⁊ amoris erga verbum dei fuit. vt etiā p̄dicandũ xp̄i euangeliũ gentib⁊ que in vltimis oriētis ſucceſſib⁊ recolunt̄ fidei ⁊ deuotōis colere ſucceſſus ꝓfectes eſt. Item ſancti aſterij martyris qui illuſtris vir romane vrbis. Cũ quodā die cuiuſdaꝫ martyris extremis intereſſet exſequijs ⁊ capite ceſum cadauer ſubijciens humeris ſuis deuote ſepeliuit. ⁊ ideo poſtea decapitatus eſt pro fide catholica. Item feſtũ ſancti willibaldi ep̄i qui ⁊ patron⁹ eyſteteñ dyoceſ. ⁊ in eadem ciuitate ſolēniter ſepultus eſt. vnj f clxxxvij fra
¶ Sanctus kylian⁹ qui ſcotus natione fuit. ⁊ ꝓ lucro aīarā romā venit. cōſecratus in ep̄m obtenta licētia p̄dicandi thenitoniā verbo ſalutis illumīauit ⁊ ad fidem cōuertit. qui frīs ſui vxorē illicite tenuit quā cũ relinqre ſuaderet ipa. Geyla noīe occidi eum cum ſocijs ſuis fecit. Vnā demonio vexata ad eternas penas iuit. Vn⁹ lutorũ in furiā verſus ſedētib⁊ laniauit alter a demone in rabiē vertit̄ gladio ſe occidēs. Itē ī paleſtina natale ſcti ꝓcopij martyris qui ab ſticopoli duct⁹ ceſareā ad p̄ima rñſionũ ei⁹ ꝯfidētia a iudice fabriano capite ceſus eſt. ki g clxxxviij
¶ Rome beati cirilli ep̄i qui flamis iniect⁹ cum illeſus euaſiſſet ac ſtupore tanti miraculi a iudice eſſet dimiſſus. rurſus ꝑ inſtanti et alacri fide ꝑſecutione facta de xp̄o ab eodē capite plex⁹ eſt. Itē plurimoꝝ martyrũ quoꝝ alij ſecularib⁊ ceſi ſunt. vbi etiā crura frangi dei cultorib⁊ iubebant̄. ⁊ vbi ydolatre xp̄ianis ſingulis manib⁊ pedibuſqꝫ ſuſpenſis amariſſimo li A clxxxix

fumo ſubt⁹ in geſto magnis cruciatib⁹ cruciabāt. Alios ve-
ro lento igne ꝓpe adhibito tormētis longiorib⁹ ꝯſumebant.
Arūdines accute aliquib⁹ ſub vnguib⁹ digitoꝝ infigebant.
Alijs plumbum igne liquefactū ⁊ ad dorſum defuſum vſqꝫ ad
loca pudenda quib⁹ naturalis egeſtio ꝓcurari ſolet infunde-
batur. In feminis q̄ꝫ maſſe ferri candētis ingerebant ꝑ pudē
da viſcerū ⁊ naturalia ſecreta membroꝝ. et ſic martyres xp̄i
per diuerſa martyria ad eterna gaudia ꝑuenerunt.

fra b ere ¶ Rome ſeptē fratrū filioꝝ ſancte felicitatis ſcꝫ ianuarij fe-
licis philippi. ſiluani. alexandri. vitalis ⁊ marcial̄. Hos oēs
cum mr̄e iuſſu anthonij imꝑatoris publi⁹ p̄fectus ad ſe voca-
ri p̄cepit ſuaſitqꝫ matri vt ſui ⁊ filioꝝ ſuoꝝ miſereṫ. Que ait.
Necqꝫ blādicijs tuis potero allici. nec tortorib⁹ frāgi. Et cō-
uerſa ad filios ait. Uidete celū ſurſum vbi vos expectat xp̄s.
pugnate fortiter pro xp̄o ⁊ ꝑ aīab⁹ vr̄is. et exhibete vos fide-
les in amore xp̄i. Qui publius p̄fectus audiēs felicitatē ala-
pis cedi iuſſit. Cum autē mater ⁊ filij in fide xp̄i ꝯſtantes per
manerēt. oēs mr̄e vidēte ⁊ ꝯfortante diuerſis ſunt ſupplicijs
interempti. Januari⁹ tempe anthonini poſt verbera virgarū
⁊ carcerē ad plūbatos occiſus eſt. Felix ⁊ philipp⁹ fuſtib⁹ ma
ctati. Siluanus p̄cipitio interempt⁹ eſt. Alexander vitalis ⁊
marcialis capitali ſententia ſunt puniti. Hāc felicitatē vocat
gregorius plus quā martyrē. quia ſepcies paſſa eſt in ſeptem
filijs. et octauo in corpe ſuo. Paſſi ſunt autē circa ānos dn̄i
c.x. Itē rome ſanctaꝝ v̄ginū et martyrū Ruffine ⁊ ſcd̄e ſo-
roꝝ q̄s cum ſpōſi eaꝝ q̄ a fide receſſerāt dn̄i nr̄i ihu xp̄i. etiam
ad ꝯſenciendū ydolis inclinare ſtuderent. ⁊ nihil ꝓficerēt ac-
cuſauerūt eas apud preſulem a quo deprehenſe primo ꝓ fide
catholica trib⁹ dieb⁹ ſunt incarcerate. ſcd̄o rufinā educens
blandicijs minis ⁊ munerib⁹ aggredit̄ tunc nil ꝓficiēs iuſſit
adeſſe ſanctā ſecūdā ſororē ei⁹. et ea vidēte cedi ſororē. Tūc
ſecūda clamauit. Quid eſt ꝙ agis ſceleratiſſime ſororē meā

glorificans et me inhonorans. Et post addidit. Gloria nōis xp̄iani ictibꝫ ampliat̄. ⁊ tot ꝯputat coronas ꝑpetuas q̄t suscepit vulnera flagellarū. Applica ergo ignes gladios flagella ⁊ saxa virgas et fustes q̄t tu penas intuleris tot ego coronas martyri cōputabo. Tunc iussit eas in tenebroſo loco includi et fumū stercoꝝ fieri. sed stercora redolebāt veluti thymeama ⁊ lux fulget in tenebris. Post in sale ardēti ⁊ in balneis aduste penit⁹ nihil sunt leſe. Inde in tyberim alligate pariter ad saxum ꝓijciunt̄. Et cum nude eſſent merſe veſtite inueniunt̄ in littore. Tunc vna decollata ⁊ alia ceſa ceruice migrauerūt ad christum sponsum suum.

Translatio sancti bn̄dicti abbatis ⁊ sancte scolastice sororis eius. Item apud armeniā minorē ciuitate nicopoli natale sanctorū martyrū ianuarij et pelagij qui pro fide catholica Primo in eculeo sunt suspensi ⁊ vngulis laniati. Scd̄o testarum fragmētis diebꝫ quattuor cruciati martyriū ꝯpleuerūt. be c xxj

Apud aquilegiā natale sancti hermogari p̄mi eiusdē ciuitatis ep̄i ⁊ discipuli sancti marci euāgeliste. Nam sanct⁹ petrus a roma misit sanctū marcū euāgelistā ad acquilegiā. vbi cuiusdā nobilis vxorē a lepra mūdauit. ꝓpter qd̄ multi baptizati sunt. post hoc sanctū hermogarū discipulū suum ep̄m ibi cōstituit ⁊ secū romā duxit. vbi a sancto petro pontificatū recepit. Qui rediēs multū deo pp̄lm ꝑ signa ⁊ p̄dicationē acqsiuit. A nerone vedast⁹ p̄ses aquilegiā mittit̄ qui sc̄m hermogarū eidē a templorū sacerdotibꝫ accusatū vinctum sibi iubet p̄ntari cum sacrificare nollet. Primo ꝓ fide xp̄i extendit̄ neruis crudis cedit̄. Scd̄o in eculeo suspendit̄ pectinibꝫ vngulis radit̄. Tercio lamīa ferrea igne cādentes pectori raso imprimunt̄. Quarto lāpades ardētes lateribꝫ applicant̄. et post h̄ incarcerat̄. Ubi dum oraret lux dn̄i affuit ⁊ suauiſſim⁹ odor. Hijs visis pōcian⁹ custos carceris ꝓcidēs ad pedes ei⁹ baptizat⁹ ē. Ultīo cū fortunato dyacono suo capitalē sn̄iā accepit ne d xxij

mar e cxciij Apud antyochiam paſſio ſcte margarethe ṽginis ⁊ mar-
tyris. que patri odioſa fuit ꝓpter xp̄m in quē credidit et quē
in ſpōſum elegit. Fuit em̄ filia patriarche ydoloꝝ q̄ poſt moꝛ
tem mr̄is tradita eſt nutrici. que cū paſceret eius oues ab oli
brio p̄fecto ꝓpter eximiā ſuam pulcritudinē cōcupiſcit. Que
oꝛauit. ne pdes cū impijs deus animā. Olibri⁹ ergo miſit ſer-
uos ſuos ad eam dicens. Ite ⁊ eā apprehēdite. ⁊ ſi eſt libera
eam ī vxoꝛē mihi accipiā. Si autē eſt ancilla erit mihi in ꝯcu-
binā. Cum g̃ margaretha xv. ānoꝝ fuit ꝯſpectui eius p̄ntata
et ab eo de genere ⁊ noīe et religione req̄ſita rn̄dit. Sum ge-
nere nobilis noīe margaretha ⁊ religione xp̄iana. Irat⁹ p̄fe
ctus eam in carcerem vinci iuſſit. Sequēti aūt die eam ad ſe
vocari fecit ⁊ dixit ei. Vana puella miſerere pulcritudini tue
⁊ deos nr̄os adoꝛa vt bene ſit tibi. Cui illa illū adoꝛo quē ter-
ra ꝯtremiſcit. mare foꝛmidat. venti ⁊ oēs creature timēt. Cui
p̄fectus niſi mihi ꝯſentias coꝛp⁹ tuum faciā laniari. Cui illa
xp̄s ſemetip̄m in moꝛtē ꝓ me tradidit. Et ideo pro xp̄o moꝛi
nō dubito. Tūc p̄fectus iuſſit eā in eculeū ſuſpēdi. et p̄mo vir
gis. deinde pectinib᷒ ferreis vſq꞉ nudationē oſſium laniari ꝙ
ſanguis ei⁹ tanq̄ de fōte puriſſimo emanauit. Et dixit ad p̄fe
ctū. impudēs canis in carnē ptātem habes. de⁹ aūt aīam ſer-
uat. Deinde eā deponi fecit ⁊ ī carcerē recludi iuſſit vbi mira
claritas refulſit. Ubi dū oꝛaret dn̄m vt inimicū q̄ ſecū pugna
bat viſibilr̄ demōſtraret. Et ecce draco īmaniſſimus ibidē ap
paruit. qui dū eā deuoꝛatur⁹ impeteret ſignū crucis edidit et
ille euanuit. Secura ergo efficit̄. ſequēti g̃ die iudici p̄ntat̄ ⁊
ſacrificare ꝯpellit̄. ꝙ cū renueret. nuda exuit̄. coꝛpuſq꞉ ei⁹ fa
cibus ardentib᷒ ꝯburit̄. ita vt cūcti mirarent̄ quomō tam te-
nera puella tot poſſet tollerare toꝛmēta. Deinde in vas ple-
nū aque frigide ligata ponit̄. vt ex penarū ꝯmutatōe creſceret
vis doloꝛis. Sed ſubito terra ꝯcutit̄ et cūctis patentib᷒ vir-
go illeſa egredit̄. Tunc q̄nq꞉ milia hominum crediderūt. et

pro noīe ihū capitalē ſententiā ſuſceperūt. Prefectus aūt ti-
mens ne alij crederent ꝛ ꝯuerterent cōcitus beatā margare-
tam decollari p̄cepit. Jlla aūt orandi impetrato ſpacio pro ſe
et pro ſuis pſecutoribꝫ necnō ꝛ ꝓ eius memoriā facientibꝫ ꝛ
ſe inuocātibꝫ deuote orauit. Addens vt quecūqꝫ in partu pe-
riclitans ſe īuocaret illeſa ꝓlem emitteret. factaqꝫ eſt vox de
celo ꝙ in ſuis petitionibꝫ ſe nouit exauditā. Surgēs ab ora
tione dixit ſpiculatori frater tolle gladiū tuū et pcute me qui
vno ictu caput eius abſtulit. et ſic martyrij coronam ſuſcepit.
Paſſa eſt autē xiij. kł. auguſti ſicut in eius hyſtoria inuenit̄.
Alibi legit̄ ꝙ paſſa ſit iij. ydus julij. Jtē yſibi ciuitate nata-
le ſancti iacobi epī. Hic vnꝰ fuerat ex nūero ꝯfeſſoꝝ ſub pſe-
cutōe maximiani ꝛ eoꝝ q̄ in nicea ſynodo ꝑuerſitatē arrionū
ſij oppoſitōe dānauerūt. Jtē ſcti heinrici xp̄ianiſſimi impato
ris q̄ āno dn̄i M. regnauit xxij. ānis. Cui deſpōſata fuit ſācta
Kunegundis filia palētini comitis reni. Virgo nobiliſſima
deuotiſſima et optime literata fuit ſicut ꝛ ipa plena fuit ſci[illegible]-
tia diuina pariter et hūana. ambo pleni gratia v̄ginitatē ſuā
deo vouentes occulte virgines ꝑmanſerūt. Et hic ſanctꝰ hein
ricus in bamberga eſt ſepultus.

Sancti cōſtātini magni. cuiꝰ feſtū orīētalis eccłiā celebri- gar f xciiij
ter colit. vt pute qui xp̄m in baptiſmate ſuo vidit. et q̄ tot liber
tates eccłie et clero dedit. ꝛ cui pugnaturo crux aurea in celo
oſtēſa eſt dicente voce deſuꝑ in h̄ ligno vinces ꝛ vicit. et q̄ ſan-
ctiſſimā mr̄em ſuā helenā ꝓ requirenda ſcta cruce hieroſoli
mā miſit. Et q̄ clerū p̄ oībꝫ p̄ncipibꝫ diligens ꝛ honorās. Et
dixit vt habet̄ in decretis. Si viderē clerū male agentē clami-
de meo obtegerē ꝓpter ſcandalū laycoꝝ. et ſatis mirādum ꝙ
latini tam ſegniter hūc ſanctū honorāt. Jtem apud macedo-
niā natale ſcte ſile apłi. Qui cū eſſet vnꝰ de p̄mis fratribꝫ ab
apłis ad eccłias gentiū deſtinatꝰ p̄dicatōis officiū gr̄a dn̄i ple
nus inſtāter ꝯſumauit atqꝫ in paſſionibꝫ ſuis xp̄m glorificās

poſtmodū in pace quievit.

ap g cxcv ¶ Diuiſio apl'oꝝ q̄ a multis celebrat̄. q2 ea die poſt aſcenſio nē dn̄i trecesimo ā̄no p̄ mundū diuiſi. petr⁹ antyochiā venit. deinde romam ⁊ ibi crucifigit̄. Paulus mundū ſua p̄dicatōe impleuit ⁊ rome decollat̄. Johānes in epheſo in pace morit̄. Philipp⁹ in frigia lapidat̄ ⁊ crucifigit̄. Jacob⁹ alphei fuſte fullōis punit̄. Bartholome⁹ ī india excoriat⁹ decollat̄. Mathe⁹ in ethyopia trāſfigit̄. Mathias ī iudea martyriū impleuit. Ergo ea die canit̄ illa ſolēnis pſa. Celi enarrant gl'iam dei. Et legit̄ illa pars euāgelij de aſcenſiōe. Eūtes ī mūdū vniuerſuꝫ p̄dicate euāgeliū om̄i creature. q̄ crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſalu⁹ erit. Itē apud pontū natale bt̄i foce ep̄i ciuitatis ſynopis q̄ ſub trayano imp̄atore p̄fecto affricano carcerē ferrū ignē vīcula p xp̄o ſupauit et poſtea in pace quieuit.

poſt A cxcvj ¶ Sācte iulite. martyris ⁊ ſancti quirici martyris. Que iulite illuſtris matrona cū filio domiciano p̄ntat̄. habens in vlnis ſuis filiū ſuū q̄riacū iubet p̄ſes paruulū ſibi auferre. ⁊ matrē p̄mo crudis neruis atrocit̄ flagellari. q̄ dū miſtri pficerēt p̄ſes q̄ricū pueꝝ inter vlnas accipiēs ⁊ ſup genua ponēs oſculis ⁊ alijs blādicijs demulcebat. infās aūt ad mr̄em reſpiciēs deteſtabat̄ ⁊ vngulis ſuis vultū eius laniabat. ⁊ poſtmodū in brachiū momordit. Vn̄ p̄ſes irat⁹ pueꝝ ab alto p grdus precipitauit. ita vt tenellū eius cerebrū pauimēto adhereret. Julita mater pueri videns pueruꝫ ſuum: ſe ad celeſtia p̄ceſſiſſe deo gratias egit. Tunc ſcd̄o iulita iuſſa ē decoriari. tercio buliēte pice pfundi. quarto decollari. Item in hoſtia ſancti hylarij monachi qui cū nollet ſub pſecutione iuliani ſacrificare ydolis fuſtib⁹ ceſus eſt. et ſic martyriū conſūmauit.

al b cxcvij ¶ Sancti allexij filij Eufemiani clariſſimi romanoꝝ. q̄ multos habuit ſeruos veſtitos veſtib⁹ p̄cioſis ⁊ valde hoſpitalitatē dilexit. ⁊ q̄tidie paupes in mēſa habuit. Vxor eglahes diu ſterilis fuit. ſꝫ eoꝝ ōps de⁹ reſpiciēs dedit eis filiū quē alexiū

vocauerunt. litteris imbutū factoqȝ adoleſcente de imperiali
proſapia virgo ei copulatᷣ. Ad quā dū a pr̄e iuſſus ingreditᷣ in
xp̄o ſpōſam ꝯfortabat. et dato ei anulo ⁊ fibula in ſui memo-
riam aſſumpta cōpetenti pecunia occulte diſceſſit. ⁊ laodiciā
ꝑuenit. ⁊ inde ediſſam vbi que habuit paupibꝫ dedit. et ī atrio
eccleſie ſancte marie inter paupes ſedit. Jubēt parētes ꝑ cun
cta mūdi climata alexiū q̄rere quoꝝ aliq̄ ediſſam veniūt. ⁊ inᷣ
alios paupes ei elemoſynā p̄buerūt ab eo cogniti. ſed cū mi-
nime cognoſcētes. Egit igitᷣ grās deo ꝙ a ſeruis ſuis accipe
elemoſynā meruit. Redeūt vacui q̄ miſſi fuerāt. Mater ⁊ ſpō
ſa valde ꝯtriſtate ſūt ſimilitᷣ de ꝑdicōne filij. ymago b̄te marie
virḡis dixit ad cuſtodē eccľie. Fac hoīem dei foris eccleſiā ſe-
dentē eccleſiā introire. qꝛ dignus eſt ⁊ ſigno crucis cognoſcitᷣ
Sȝ btūs alexi⁹ fauorē hoīm ꝑtimeſcēs laodiciā redijt. deinde
voluit ire tharſim vt in eccľia ſancti pauli incognit⁹ maneret
deoqȝ ſeruiret. Deo igitᷣ alitᷣ diſponēte nauis ad romanū por
tū applicat xvij. āno poſt eius diſceſſum ⁊ nulli oneroſus eſſe
volēs pr̄e a palacio redeūte rogat vt deus ſui ⁊ exulis filij mi-
ſeretᷣ. ꝙ ipm̄ in hoſpiciū recipiat ⁊ alat. et pr̄ illū hoſpiciū re-
cepit. ⁊ ſic alijs xvij. ānis incognit⁹ in domo pr̄is ꝑmāſit. mul
tas iniurias ⁊ tribulatōes a familia paciēter ſuſtinuit. Et dieȝ
mortis ſue inſtare cognoſcēs oīa q̄ ei acciderāt in cedula con-
ſcripſit. Dñica die poſt miſſarū ſolēnia a pōtibꝫ innocēcio pa
pa ⁊ honorio atqȝ archadio imꝑatoribꝫ ⁊ ppľo vox intonuit
de celo. In domo Eufemiani q̄rite virū dei. Req̄ſitus ille ni-
hil ſe ſcire dicebat. Tūc imꝑatores cū papa innocēcio ad do-
mū p̄dicti viri venerunt. Et accedēs miſter alexij dño ſugerit
ne forte paup ſub gradu iacēs ſit ille qui q̄rebatᷣ. dicebat em̄
eū magnifica opa feciſſe ⁊ om̄i die dñico dñicū corp⁹ ſūpſiſſe.
Currit eufemian⁹ defunctū repit. vultū eius tanq̄ vultū ange
li vidit. cartā de manu recipe voluit ſȝ nō voluit. Et papa ac-
cepit cartā qua lecta ⁊ audita pater ruit ſup corp⁹ filij. pylos

et veſtimēta ſcindēs ⁊ flens clamabat. Fili quid feciſti nobis ſic. Mater diſſolutis crinibꝫ cū p̄ multitudine ppl'i nō poſſet accedē clamabat date aditū vt ſaltē mortuū meū videā filiū q̄ ſuxit vbera mea. flete oēs mecū. q2 p xvij. ānos filiū meū vni-cū in domo mea habui ⁊ eū nō cognoui. Spōſa irrugiens hodie inq̄t vidua apud ſpeculū meū ruptū ē perijtqꝫ ſpes mea dolor interminabilis me app̄hēdit. Tūc flebāt oēs hec audiētes Poſt h̄ feretro ornato imponit̄. ⁊ a pōtifice et impatoribꝫ ad ſcti bonifacij eccl'ia3 deportat̄. Et cū nimia eſſ3 m'titudo ppl'i pecuniā p plateas ſpargi iubet̄. Tandē cum labore ſepulture tradit̄ et odor ſuauiſſim⁹ a corpe fragbat. micāt miracl'a ⁊ dei magnalia ab oibꝫ collaudant̄. Itē in cartagine natale ſctoꝝ martyrum ſperaci et alioꝝ vndecim ſub ſaturnino p̄fecto qui poſt primā xp̄i cōfeſſionē in carcerē ſunt miſſi. poſtea in ligno cōfixi. deinde gladio ſunt decollati.

lar c cxcviij Sācti arnolfi epi metēſis. qui quidā ſceleratus hō cū ſuis detraxerūt de incōtinentia luxurie. Ob h̄ deus eos ſic puniuit Oēs veſtes eoꝝ flama inuaſit ſimulqꝫ deuorauit. q̄s nec aqua extinguē potuit. Ardebāt aūt maxime circa nates. tum q2 epō incōtinentiā impoſuerūt. tū q2 ⁊ ipi incōtinentes erāt. Quid plura exliūt ſicut ſues ſe i ſolo voluūt. Qua pena tranſacta p̄fectus ſcelerat⁹, p ſua apta in ɔtinētia occidit̄. Tūc btiſſim⁹ arnolfus eps heremiticā vitam diligēs poſt m'ta laudabilia opa q̄ deus p eū i ſolitudine oñdit q̄euit in dño. Itē ſcte ſym-phoroſe cū ſeptē filijs q̄ cū nollet ydolis ymolare. Primo palmis ceſa ē. ſcdo crinibꝫ ſuſpēſa. tercio alligato ſaxo i collo ei⁹ in fluuiū p̄cipitata eſt. In mane ſex ſtipites iubet adrian⁹ figi ⁊ ſeptē frēs eius trocbeis extēdi. p̄mus eoꝝ creſcēs noie i gutture trāſfigit̄. Lucian⁹ in pectore. Neomeſi⁹ in corde. p̄mitiuus in vmbilicū. Iuſtin⁹ p mēbra diſtētus p ſingl'os corpis nodos ⁊ iūcturas ſcindit̄. State⁹ m'tis lāceis i t'rā affigit̄ ⁊ eugenius a pectore vſqꝫ inferiora ſecat̄. Et ſic filij palā m̄rem cum

triumpho martyrij ſequunt̄. Itē apud cartaginē ſancte gul-
dene que iuſſu rufine ꝓ cōſulis ꝓpter fidē xp̄i quater diuerſis
tēporibꝫ eculei extēſione et vngularū horrēda laceratōe cru-
ciata. ſcđo i ſqualore carceris diu afflicta. tercio gladio ceſa ē.
¶ In hyſpania ciuitate hyſpali paſſio ſanctaꝝ iuſte ⁊ ruffi- nol d cxcix
ne q̄ a p̄ſide dyagemano ꝯprehenſe ꝙ xp̄iane eſſent. Primo
eculei extēſione et vngularū laniatōe cruciate ſunt. Scđo in
carcere inedia ⁊ in varijs doloribꝫ afflicte. Tercio ſācta iuſta
ſpm̄ in carcere exalauit. ſed ſancte rufine ceruix ꝯfracta eſt. ⁊
ſic felicit̄ in dn̄o obierūt. Itē apud thebaydā natale ſc̄ti p̄ris
arſenij. De quo in verbis ſenioꝝ refert̄. qꝛ ꝓpter redūdantiā
lacrimaꝝ tergendū ſudariū ſemꝑ in ſynu vel ī manu habuerit
¶ Natale beati ioſeph qui cognoīat᷒ eſt iuſt᷒ frater iacobi ſus e cc
minoris ſymonis ⁊ iude. qui ſūt cōſanguinei xp̄i ſororis ma
rie filij. Qui multā pſecutionē ꝓ xp̄o ſuſtinens de quo refert̄
ꝙ venenū biberit. ⁊ nihil ex h̄ triſte ptulerit ꝓpter dn̄i nr̄i ihu
xp̄i auunculi ſui fidem. Sed ꝙ maxime in eo eſt cōmendan-
dum. quia matthiā in ſorte ſuā hoc eſt in iudea innuit legitti-
me p̄dicare vbi ambo martyrio ſunt coronati.
¶ Rome praxedis virginis ſororis beate potēciane que fue- prax f ccj
runt ſorores beati nouati et thymothei q̄ ab apl'is ī fide eru-
dite ſunt. Hec in om̄i caſtitate et lege diuino erudita vigilijs
⁊ orōnibꝫ ac ieiunijs aſſidue vacās q̄euit in xp̄o. ſepultaqꝫ eſt
iuxta ſuam ſororem potētiana via ſalaria. Itē ſancti victoris
martyris. qui cum miles eſſet nec militare nec ydolis ſacrifi-
care vellet. Primo ē in carcerē truſus ibiqꝫ ab āgelis viſita-
tus. Scđo varijs penis excruciat᷒. Tercio in mola pyſtoria
contritus martyriū ſupauit. Paſſi ſunt cum eo tres milites.
alexander felicianus ⁊ longinus.

Maria magdalena a magdalo caſtro cognoīata cla- mag g ccij
riſſimis orta eſt natalibꝫ. vtputa ex regina ſtirpe de-
ſcendētibꝫ. Cuius pater ſyrus. mater vero eucharia

nuncupata est. Hec cū fratre suo lazaro ꝛ sorore sua martha
magdalū castrum qd̄ est scd̄o miliario a nazareth ꝛ betha-
niā que est iuxta hierusalē ꝛ magnā hierusolimoꝝ partē pos-
ſidebant. Que cū oīa taliter inter se diuiſerunt ꝙ maria ma-
gdalū castrū a quo ꝛ magdalena est nūcupata. ꝛ lazarus par
tem vrbis hierusalē et martha bethaniā possederūt. Cū autē
magdalena delicijs corporis totā se exponeret. et lazarꝰ milicie
plus vacaret martha prudēs partē sororis et fris ꝛ sui stren-
nue gubnabat et militibꝫ ꝛ famil̄ suis ac paupibꝫ necessaria
ministrabat. Omnia aūt hec post ascensionē dn̄i vendiderūt. ꝛ ad
pedes dn̄i p̄ciū posuerūt. Cū ergo magdalena diuicijs habū-
daret. quia rerū affluentiā voluptas comes sequit̄ q̄nto diui
cijs ꝛ pulcritudine splēduit. tāto corpꝰ suum voluptati subsi-
tuit vel substrauit. Ʋn̄ iam noīe ꝓprio pdito peccatrix cōsue-
rat appellari. Dꝫ cum xp̄s illic ꝛ alibi predicaret. Illa nutu
inspirata diuino ad domū symonis leprosi vt audiuit eum di
scūbere ꝓperauit. Et nō audēs vt peccatrix apparē inter iu-
stos retro secus pedes dn̄i remāsit. vbi pedes eius lacrimis la
uit. Cūqꝫ symon inter se cogitaret q̄m si hic esset ꝓpheta se
a peccatrice tāgi nequaꝙ pmitteret. Dn̄s illū de supba iusti-
cia redarguit et mulieri oīa pcc̄a dimisit. Hec est illa maria
magdalena cui dn̄s tam magnifica bn̄ficia cōtulit. ꝛ tanta si-
gna dilectōis ondit. nam ab ea septē demonia expulit. in suo
amore eā talit̄ accēdit. familiarissimā eā sibi ꝯstituit hospitā
q̄ꝫ sibi fecit. Peccatricē suaꝫ in itinere hr̄e eā voluit eā semp
dulcit̄ excusauit. Nam excusauit eā apud phariseū q̄ dicebat
eā esse imundā. ꝛ apud sororē suam. que dicebat eā esse ocio
sam. ꝛ apud iudā q̄ dicebat eā ꝓdigā lacrimantē vidēs lacri
mas ꝯtinere nō potuit cuiꝰ dilectōe q̄driduanū fratrē resusci-
tauit. cuiꝰ amore marthā sororē suā a fluxu sanguinis quē se-
ptem ānis ppessa fuit liberauit. Cuius meritis marcellā soro
ris sue famulā vt illud tam beatū et dulce verbū. Beatꝰ ven-

ter q̄ te portauit ⁊c̄. exclamãs dignã fecit. Nam ſcḋm ambro
ſiũ i. la fuit martha ⁊ hec eiꝰ famula. Hec eſt illa q̄ dñi pedes
lauit lacrimis capillis terſit ⁊ vnguẽto vnxit. q̄ in tpe gr̄e ſo
lenẽ pñiam ꝑmo fecit q̄ ve optimã ꝑtẽ q̄ ad pedes dñi ſedẽs eiꝰ
verba audiuit. que deo caput vnxit. q̄ iux̄ crucẽ in dñi paſſio-
ne fuit. q̄ vnguẽta parãs corpꝰ dñi vngẽ voluit Que a monu
mẽto diſcipul' recedẽtibꝫ recedẽ noluit. cui xp̄s reſurgẽs ꝑmo
apparuit ⁊ apoſtolã fecit. Poſt aſcẽſionẽ ġ dñi decio a paſſiõe
eiꝰ maria magdalena ſupne ꝯtemplatõis auida aſprimũ here
mũ peciit. ⁊ in loco ãgelicis manibꝫ p̄parato ꝑ xxx. ãnos inco-
gnita mãſit. In q̄ q̄dã loco nec aquaꝝ fluẽta nec arboꝝ nec
herbaꝝ erãt ſolacia. vt ex h̄ manifeſtaret̄ ꝙ redẽptor nr̄ ipaꝫ
nõ terrenis refectõibꝫ ſꝫ celeſtibꝫ epulis diſpoſuerat ſaciare.
Quolibꝫ aũt die ſeptẽ horis canonicis ab ãgelis ĩ ethera ele
uabat̄. ⁊ celeſtiũ agminũ gl'ioſus ꝯcentꝰ corꝑalibꝫ etiã auribꝫ
audiebat. Vñ diebꝫ ſingulis bis dapibꝫ ſuauiſſime ſaciata ⁊
mõi ꝑ eoſdẽ ãgelos ad locũ ꝓpriũ r̄uocata corꝑalibꝫ alimẽtis
nullatenꝰ indigebat. Tãdẽ q̄dã ſacerdos noĩe marianꝰ ad eã
veit ⁊ veſtẽ hũanã ei attulit. q̄ induta ad eccl'iaꝫ ſecũ iuit ⁊ ibi
ꝯmũiõe ꝑcepta eleuatis ĩ orõne maĩbꝫ iux̄ altare ĩ pace q̄euit
¶ Natale ſcĩ appollinaris ep̄i ⁊ martyris diſcipl'i btĩ petri ap s cciij
apl'i ⁊ ab eo rome ep̄s ordinatꝰ ⁊ ad rauennã miſſus. vbi ce-
cũ militis filiũ illũiauit. Itẽ vxorẽ infirmã tribuni curauit et
tribunũ cũ mltis alijs ꝑ h̄ ꝯuertit ad fidẽ. Pñtatꝰ iudici du-
cit̄ ad ſimulacrũ iouis. qḋ cũ adorare nollet fuſtibꝫ ẽ ceſus ſe-
miuiuꝰ relictus. ſꝫ a diſcipul' collectꝰ. in domo cuiuſdã vidue
ſex mẽſibꝫ reuouet̄. deĩn venit claſenſen vbi puellã mutã loq̄
fecit. ⁊ demoniũ ab ea iecit. ⁊ etiã mutũ quendã nobilẽ cura-
uit ⁊ mltos ad fidẽ ꝯuertit. Et ſcḋo a paganis cedit̄. Tercio
ſuꝑ prunas ſtatuit̄ et de vrbe expellit̄ ne eam ĩtroeat et ſibi ne
nomẽ ihũ p̄dicaret aut noiaret ĩterdicit̄. Eo tpe dũ rufus pa
tricius dux rauẽne filiã ſuam infirmã habuit. que mortua eſt

quā ſanct⁹ appollinaris oꝛone facta in noīe ihū cōfitēs cum
magna multitudine ⁊ mr̄e ſua baptiſma ſuſcepit. et a bt̄o ap-
pollinari deo dicata v̄go ꝑmanſit. Poſtmodū iteꝝ a p̄ſide eſt
capt⁹. et q̄rto in eculeo ſuſpendit̄ ⁊ cedit̄. Quito ſup vulnera
eius aqua buliēs fundit̄. Cūq3 p̄ſidē arcius increparet iuſſit
p̄ſes os eius ſexto lapidib⁊ cōtundi ⁊ poſt in carcerē recludi.
pedes ei⁹ in ligno extēdi ⁊ q̄ue pōdus ferri ſup eū poni. ⁊ ni-
hil ei miſtrari. Angel⁹ aūt dn̄i pauit eum videtib⁊ cuſtodib⁊.
Poſtea iteꝝ p̄dicās leproſū quēdā mūdauit. Et iteꝝ captus
ab infidelib⁊ cedit̄ ligat̄ vulnerat̄ ad foꝝ ꝑducit̄. Symulacrū
apolinis ⁊ templū ip̄ius oꝛone ſua deiecit. Et poſtmodū filiū
cuiuſdā nobil̄ cecū a natiuitate illumiauit. ⁊ mlt̄i alij magni
crediderūt. ⁊ nobil̄ ille eruit eū de manu ppl̄i ⁊ ī p̄diolo ſerua
uit eū ānis q̄ttuoꝛ. P⁹modū iteꝝ p̄dicauit capit̄ ⁊ iudici t̄dit̄
a q̄ cathenat⁹ naui īponit̄. ⁊ cū trib⁊ clericis eū ſequētib⁊ ī exi
liū mittit̄. poſtea rauēnā rediēs a paganis capit̄. ⁊ iteꝝ iudici
p̄ntat̄. q̄ miſit eū ī carcerē. ſ3 carceris cuſtos laxauit eū ⁊ iuſſit
eū recedereq3 ⁊ ip̄e xp̄ian⁹ fuit. ⁊ iteꝝ cepit p̄dicare quē app-
hēderūt pagani ⁊ cū ꝑcuſſerīt diutiſſime vſq3 ad moꝛtē. ⁊ ꝑ ſe
ptē dies ſupueniēs ⁊ diſcipl̄os admonēs ſpm̄ t̄didit. ⁊ ibdē a
xp̄ianis honoꝛifice ſepult⁹ ē circa ānos dn̄i lxx. ſb veſpaſiano

xxiiij b cciiij In ytalia ciuitate tyro natale ſc̄te chꝛiſtine v̄ginis ⁊ mar
tyris. q̄ cū ī fide xp̄i ab āgelis ꝯfoꝛtata eſſ3. ⁊ a ſp̄uſc̄to illūia-
ta. Deos aureos p̄ris ſui p̄fecti vꝛbani ꝯtriuit. ⁊ paupib⁊ au-
rū ⁊ argentū dedit. Cūq3 p̄rem de cecitate infidelitatis argue
ret irat⁹ ꝓpter h̄ ⁊ audiēs eā xp̄ianā eſſe. p̄mo iubet eā durit̄
v̄gis cedi. deīn in q̄dā turri cū xij. pediſſeq̄s ſuis collocata eſt
Mat̄ gētilis cū lamēto ſciſſis veſtib⁊ ad eā viſitās dicit. filia
miſerē mei. q2 vnica es. Ipſa vero nec mr̄is fletib⁊ nec blādi-
cijs acq̄euit. Cū aūt a mlt̄is ī ꝯiugē peteret̄ parētes ei⁹ nole-
bāt ꝯcedē. vt in deoꝝ cultura maneret. ip̄a aūt a ſp̄uſc̄to docta
ydoloꝝ ſacrificia abhoꝛrebat ⁊ incenſa dijs ymolanda in ſte-

neſtra abſcondebat. Quare p̄re iubēte alapis ⁊ verberibus ceſa ferro onerata in carcerē miſſa eſt. Poſt hec diutiſſime ⁊ crudeliſſime laniat̄ vngulis ⁊ tenera mēbra dirūpūtur. Chriſtina aūt de carnib⁹ ſuis accipiēs in vultū p̄ris ꝓijciens dixit. Accipe tyrāne et carnē a te genitū cōmede. Tūc pater eā ſup rotā poſuit ⁊ ignē cū oleo ſuppoſuit. ſed flama exiliēs mille q̄ngentos hoīes cōſumpſit. Jterū carceri tradita āgelo viſitāte ſanata eſt. Deīn cū magna ſaxi pōdere in mare iactata eſt. ſed ꝓtin⁹ angeli ipam aſſumūt. Chriſt⁹ aūt ad eā deſcēdit et eā in mari baptizauit dicēs. Baptizo te in deo p̄re meo ſancto michaeli archāgelo cōmendāti q̄ eā ad terrā reduxit. Nocte aūt ſequēti vrban⁹ p̄r eius mortu⁹ eſt. Huic q̄dā iudex imquus noīe dyon ſucceſſit q̄ cunā ferreā ſuccēſam cū oleo reſina et pice parari fecit ⁊ chriſtinā ibidē iactari cunāq3 a quattuor militib⁹ agitari. Tūc iudex irat⁹ iuſſit caput eius radi et nudā p̄ ciuitatem vſq3 ad appollinē duci. vbi ydolo imꝑauit ⁊ ſtatim corruit et in puluerē eſt redactū. Qd audiēs iudex expauit ⁊ ſpm̄ tradidit. Quo viſo miraculo tria milia hoīm ad xp̄m cōuerſi ſūt. Huic ſucceſſit iulian⁹ q̄ fornacē ſuccēdi fecit ⁊ chriſtinā in eā miſit. vbi p̄ q̄nq3 dies cantās cū angelis et deambulās illeſa ꝑmanſit. qd audiens iulian⁹ ⁊ magicis artib⁹ hec aſcribēs ſerpētes venenatos ſcz duos aſpidos duas viperas duoſq3 colubros ad eā mitti fecit. Sz vipe pedes eius lingunt in nullo ei nocētes. Tūc iulian⁹ mamillas eius p̄cidi fecit. de quib⁹ lac ꝓ ſanguine fluxit. deinde linguā eius p̄cidi fecit. Chriſtina vero nequaq̄ loquelā amittēs. ſed p̄ciſſurā lingue accipiēs in faciē iuliani ꝓiecit ⁊ oculū eius inde ꝑcutiens eū excecauit. Jratus iulianus duas ſagittas vnā circa cor et aliā in latus eius dimiſit. et illa ꝑcuſſa ſpm̄ deo reddidit circa annos dn̄i cc.lxxxvij. Anno aūt etatis ſue xj. ſub dyocleciano Requieſcit aūt corpus eius in quodā caſtro qd bulſonū vocat̄ iuxta vrbē veterē. Tyrus em̄ q̄ iuxta caſtrū erat funditus

eſt deſtructa. Jtē natale ſanctarū virginū nicre et aquile que beati chriſtoferi martyris p̄dicatōe ad xp̄m cōuerſe martyrij palmā capitis abſciſione ſumpſerūt.

ia c ccv Natale beati Jacobi apl̄i. qui fili⁹ fuit zebedei ex maria ſorore marie frater ſc̄ti iohis euāgeliſte nō tantū carne ſʒ etiā moꝝ ſimilitudine. Dicit̄ etiā iacob⁹ maior ſicut alter minor. et h̄ rōne vocatōis. qꝛ p̄mus vocatus eſt a xp̄o. Rōne familiaritatis. qꝛ maiorē familiaritatē videt̄ xp̄s habuiſſe cū iſto quā cū alio. ſicut patʒ. quia ip̄m ad ſecreta ſua admittebat ſicut fuit ad puelle reſuſcitationē. ⁊ ad glorioſam trāſfigurationē. rōne paſſionis. qꝛ p̄m⁹ inter ceteros apl̄os paſſus eſt. Fuit aūt decollat⁹ ab herode rege. Oſſa aūt eius ab hirl̄imis in hyſpanias ſunt trāſlata. et in vltimis coꝝ finib⁹ ꝯdita celiberrima illaꝝ gentiū deuotōe colunt̄ Jtē in cilicia ciuitate Samon. natale ſancti chriſtofori martyris q̄ xp̄m portauit in humeris ꝑductionē aq̄. in corpe ꝑ maceratione. Jn ore ꝑ ꝯfeſſionē ſiue p̄dicationē. Hic an̄ baptiſmuʒ dictus fuerat reprob⁹. Hic genere chanane⁹ h̄ns in longitudine xij. cubitos. Hic voce dei iuſſus baptizat̄. et ad ſamon ciuitatē licite venit vbi regnabat dagon. Qui cū eū inſpexiſſet retrorſuʒ cecidit virgā aridā florere fecit. Quadrīgētos bis miſſos ad eū vocandū ad dagon ꝯuertit ad fidē catholicā. q̄ oēs palmā martyrij meruerūt. Chriſtofer⁹ ḡ cū ydolis ſacrificare noluiſſet. Primo v̄gis ferreis cedit̄. Sc̄do a flama eſtuantis incēdij cruciat̄. Caſſis ignita eius capiti imponit̄. Poſtea ſcāno ferreo ſuponit̄. et lignis ſuppoſitis ac igne ſuccēſo ⁊ oleo ſuperfuſo cremat̄. Altera die iuſſit rex fieri lignū ſc̄dm ſtaturā eius ⁊ ſc̄m chriſtoferū alligari. ⁊ ip̄m ſagittis trāſfigi iuſſit ⁊ ſagittabāt ab hora p̄ma vſq; ad horā xij. Sagitte vero ſuſpendebant̄ a dextris ⁊ a ſiniſtris nec corpus eius tetigerūt. Altera vero die rege veniēte et ſc̄to xp̄ofero illudēte ſtatim vna ſagitta oculū regis intrauit ⁊ cecus fact⁹ ē. Cui chri-

ſtofer⁹. tibi dico tyrāne. Cras viij. hora accipiā coronā vite
⁊ tu veni i locū ⁊ fac lutū cū modico ſanguie ⁊ ſanaberis. Ap
propinqnte hora decollatōis ei⁹ fudit hāc orone. Dñe de⁹ pr̄
peto vt vbi corp⁹ meū poſitū fuerit nō ingrediat grādo nō ira
flame. nō fames nec magna mortalitas. ⁊ ſic lāguidi ⁊ demoni
aci illic veniāt ſani fiāt. Venit vox de celo dicēs. Xpofere qd̄
petiſti impetrāſti. ⁊ ſcdm̄ iuſſuȝ regis decollat⁹ ē. Alia die venit
rex et clamauit. xpofere oñde v̄tutē tuā ⁊ credo. ⁊ fecit lutū cū
ſāguine ⁊ poſuit i ocl'm ſicut inſſerat ſcr̄s xpofer⁹ ⁊ ſanat⁹ eſt
Et dixit rex. gl'ia tibi de⁹ xpianoꝝ. q̄ facis volūtatē timētiū te
Ego aūt p̄ceptū ponā i oēȝ ppl'm vt q̄ blaſphemauerit deū xpia
noꝝ gladio feriat̄. Tūc crediderūt p ſcr̄m xpofeꝝ xliiij. milia ⁊
c. xliiij. milia ⁊ c. xl. hoies. hāc etiā orone ꝯſtituit ſcr̄s xpofer⁹
Dñe de⁹ bonā mercedē p̄ſta ſcribētib⁹ ⁊ legētib⁹ paſſionē meā
Itē ſcti eucauatis martyris q̄ ꝓ fide xpi. Prio craticula ex-
tendit̄ ⁊ aſſari iubet̄. Scdo aceto ⁊ ſynapi potat̄ ⁊ poſt vict⁹
incarcerat̄ vbi diuio ſplēdore ꝯſolat̄. Tercō neruis thaurinis
cedit̄. Quarto capite plex⁹ ē et a xpianis honorifice ſepelit̄.

Sāctiſſime āne genitricis marie q̄ fuit de ciuitate bethleē | co d ccvj
de tribu iuda orta. que fuit deſpōſata ioachim de q̄b⁹ nata eſt
maria virgo q̄ pepit ſaluatorē mūdi. Itē natale ſancti iacin-
cti martyris qui rome in portu primo in ignē miſſus. Deinde
inualidiſſimū torrentē p̄cipitat⁹ illeſus euaſit. poſt hoc a cō-
ſulari leuncio gladio pcuſſus vitam finiuit.

Apud nycomediā natale ſcr̄e pātbaleōis. q̄ trāſiēs aū do- | bi e ccvij
mū hermolai p̄ſbiteri dño ordināte ab eo baptizat⁹ ē. Qui tē
tus ꝓ fide xpi a maximiano corā q̄ paraliticū p nomē dñi ihū
xpi curauit. ſȝ cū flecti nullo mō poſſet a fide. Primo i eculeo
ſuſpēdit̄ ⁊ vngul' radit̄. Scdo lāpades ardētes ei⁹ laterib⁹ ap
ponunt̄. q̄ ſuſtinuit viriliť xps ei apparuit. ⁊ ꝯſolat⁹ eſt eū. ⁊ ſta
tim punietiū man⁹ diſſolute ſūt. ⁊ lāpades extincte. Tercio in
ſartaginē ferreā feruēti plūbo plenā mittit̄ ⁊ eo orāte xps ap-

parruit ⁊ intrās cū eo ⁊ plūbū refriguit. Quarto alligat̄ ma-
gno lapidi ⁊ ſubmergit̄ i mari. Quito admittūt̄ fere leones ⁊
leopardi. leões faciē ei⁹ ligebāt. leopardi vero pedes ei⁹ lābe
bāt. ⁊ bñdictōe accepta abierūt. Sexto rota parat̄ in q̄ in altū
tollit̄ ⁊ de alto ad terrā dimittit̄ vt dirūpat̄. Sȝ reſtes rupte ⁊
rota fracta occidit de pplo incredulo q̄ngētos viros. Septio
iuſſus ē decollari. Cūq₃ deberȝ pcuti ferꝝ ſicut cera liq̄factū ē
⁊ milites crediderūt. ⁊ eo poſtmodū pcuſſo lac p̄ ſāguine excur
rit. et nouella plātula oliue repleta ē fructu. qd videtes mlti
baptizati ſūt. Tyrann⁹ aūt iuſſit corp⁹ ſcti ꝯburi qd ⁊ factū ē.

G f ccviij Nycomedie natale ſancti hermolai p̄ſbiteri cui⁹ doctrina
btūs pātbaleon ad fidē xp̄i ꝯuerſus ē. ⁊ illuſtri martyrio cō
ſūmatus tent⁹ a maximiano capitali ſentētia ob xp̄i ꝯfeſſione
punit⁹ ē. Itē natale ſctoꝝ martyrū q̄ꝝ nūer⁹ deo ē cognit⁹ q̄
diuerſa tormētoꝝ genera ſuſtinuerūt. Prīo flagris p ōme cor
pus carpebāt̄. Scdo ad beſtias trhebāt̄. adhibebāt̄ leões vrſi
pardi ⁊ ōme gen⁹ feraꝝ. ⁊ et̄ thauri idomiti ⁊ igne ſūt cruciati
p̄pabunt̄ hec oīa aduerſū cultores dei. Tercio decapitati ſūt.

ſin g ccix Sācte marthe vginis hoſpite xp̄i que fuit ſoror marie ma
gdalene ⁊ lazari. Cui xp̄s obitū p̄dixit ⁊ ad obitū ſuū pſona
liter venit dicēs. Quia tu me tociēs ad tuū hoſpitiū recepiſti
veni dilecta mea ⁊ intra in thalamū ⁊ gaudiū meū. Item ro-
me via aurelia natale beati felicis pape q̄ a ꝯſtātino auguſto
ob catholice fidei cōfeſſionē ⁊ defenſſionē a ſede ſua deiectus.
carnibꝫ ſuis a ſcapulis vſq₃ ad cingulū exungulatis. et capite
deorſum ſuſpēſus ab hora tercia vſq₃ ad veſpam ⁊ ꝯfortās cū
teſtis fidelis i celo. Poſtea incarcerat̄. ſȝ carcer celeſti ſplēdo
re illumiat̄. ⁊ voces āgeloꝝ pſallētiū audiunt̄. His ⁊ pluribꝫ
mirabilibꝫ auditis rufin⁹ p̄ſes irat⁹ iuſſit eū manibꝫ poſt ter-
gū ligatis in mare dimergi. Qd cū factū fuiſſet. diſſoluta ſūt
oīa vincula eius. ⁊ viu⁹ ē nautis ſup vndas maris int̄ mediū
angeloꝝ ambulare. Deinde gladio necatus gl'ioſe occubuit.

¶ Rome natale ſanctoꝝ martyrū abdon ⁊ ſennē ſubregulo | ab A ccx
rum qui cūm in cordulia ciuitate pſarum vincula paterent̄ a
decio, ad vltimū duxit eos romā viculis obligatos ⁊ diuerſis
penis maceratos. qui ꝓpter decorē vultuū ⁊ gr̄am dei omnibꝫ
exiſtentibꝫ gr̄oſi. Uerū cum nullis blandicijs nec minis ydo-
lis ymolare vellent. iuſſit eos deci⁹ p̄mo plūbatis cedi. Scd̄o
duo leones ⁊ quattuor vrſi in amphiteatro ꝯtra eos ſunt im
miſſi. ⁊ eoꝝ pedibꝫ aduoluunt̄. Tercio gladio interfecti ſunt
⁊ an̄ ſimulacrū ſolis ꝓiecti. ibi tribꝫ diebꝫ ꝯtinuis iacuerūt.
quos quirinus subdyacon⁹ latēter ſepeliuit. Item ſanctarū
virginū maxime domicille et ſcd̄e q̄ pſecutione gallieni ꝓpter
fidem xp̄i p̄mo felle ⁊ aceto ſunt potate. Scd̄o plagis acerri-
mis ceſe. Tercio eculij extēſione cruciate. Quarto in crati-
culis exuſte. Quinto ad beſtias ꝓiecte. ſed ab hijs intacte.
Sexto decollate ſunt. ⁊ ſic ad xp̄m ſpōſum ſuū migrauerūt.

¶ Rauenne trāſitus ſancti germani. qui genere nobilis in | dō b ccxj
vrbe altiſyodorēſi genitus infrācia lr̄is erudit⁹. ac liberalibꝫ
ſciencijs inſtruct⁹ eſt. ⁊ in iure canonico. fact⁹ autē eſt ex omi
clero ⁊ ppl̄i electōe altiſyodorēſis ep̄s. et aſſumpto ep̄atu to-
tam ſubſtantiā ſuam paupibꝫ erogauit. et vſqꝫ ad terminū ſcꝫ
per. xxx. annos corp⁹ ſuum crudeliter tormētauit. Primo vt
nunq̄ panē frumēti nec vinū nec acetū nec oleū nec ligumen
ſed ſal ꝓ ſapore comedit vinū nō bibit niſi in die paſce ⁊ na-
tiuitatis xp̄i. vinū ſemel bibit multū tn̄ aqua lymphatū. Sem
per ieiunabat ⁊ nō niſi veſpe comedebat. In refectione cine-
rem pulmento miſcebat. pane ordeaceo vtebat̄. quē ipſe tn̄ ex-
cuſſerat coxerat ⁊ moluerat. Scd̄o veſtem nō habuit. hyeme
vel eſtate p̄ter ciliciū tunicā ⁊ cucullā. que tam diu ei inhere-
bant donec atritōe nimia ſoluerent̄. Tercio lectus eius erāt
cineres quotidiana impſſione durantes. ſuppoſito tantū vno
ſacco ciliçino. puluinar ad caput nō habebat. ſemp gemens.
ſemp orans. nunq̄ veſtimentū. raro vero calciamēta detrahe-

bat. ſed ſicut in die inceſſit ſic de nocte dormiuit. Confect⁹ ſe-
nio cum p pedes ire nō poſſet ibat in aſino. quo mortuo. equū
ſibi pñtarū in palacio regine placide reſpuens aſinū ſuſcitauit
poſt hoc migrauit ad dñm circa annos dñi cccc.xxx.

## Auguſtus.

pe c cxij Rome ſancti petri ad vincula. Itē apud antyochiā
paſſio ſanctoꝝ fratꝝ machabeoꝝ ſeptē cū mr̄e ſua ⁊
eleazaro ſacerdote. De qbꝫ in ſcd̄o libro machabeoꝝ legit̃ q̄
pro obſeruatione legis ab antyochio rege. imania ſupplicia
ptulerūt. Nā pm⁹ amputata lingua. ⁊ cute capitis abſtracta
ſūmitatibꝫ manuū ⁊ pedū pſciſis in ſartagine eſt ↄfrixus. Se
cūdus ſilr̄ eſt cōſumptus. Tercius linguā volūtarie ptulit ⁊
ptulit penas poꝝ. Similit̃ q̄rtū q̄ntū ⁊ ſextū vexabāt. Inter
hec ſe ipos ad morte cōfortabāt legē ↄmendabāt. regē cōfu-
tabāt. reſurrectionē corpoꝝ pdicabāt. Mater ſup oīa filios
cōfortabat ac hortabat̃ celū reſpicē. reſurrectionē ſpare. ⁊ cre
atorē cognoſcē. Septim⁹ iunior ſup oēs cruciabat̃ ⁊ nouiſſi
me mater pia ↄſumit̃. Itē in hyſpania ſancti felicis quē iuſſit
iudex decianus poſt illata tormentoꝝ genera vngulis detrahi
⁊ vſqꝫ ad oſſa laniari tā diu vulnera vulneribꝫ inſtaurari vſqꝫ
dum ſpiritum redderet.

ſtef o cxiij ¶ Rome i cimiterio caliſti natale ſcti ſtephani pape ⁊ mar
tyris. qui audiēs edictū a valeriano ⁊ galieno exiuiſſe. vt qui
cūqꝫ xpianū pderet eius recipet facultates clericos inſtituit
⁊ fideles ↄfortauit. Poſt hoc valeriano pñtatur. et ad templū
martis ducit̃. vt ibi ydola adoraret. vel capitalē ſniam ſubiret
ſed cū templū ingreſſus fuiſſet ⁊ deū vt ipm templū deſtrueret
adoraſſet. ſtatim magna ps tēpli corruit. ⁊ oīs pplus p nimio
terrore aufugit. Ipe vero ad cimiteriū ſcte lucie preꝛit. Q̄d
audiēs valerian⁹ milites miſit. qui venientes eū miſſam cele-
brantē inuenerūt ⁊ ſtephanū tanq̄ radicē fixi. ne ampli⁹ ger
minet. intrepidum ⁊ incepta deuote pficientē in altari in ſua

ſcte decollauerunt. ⁊ ſic a fidelibꝫ cū ipa ſcte ſepelit̄ monſtrat̄
cruor eius in lapide marmoreo añ altare ſuū ad carbecūbas.
Item in ꝓuincia bythinie vrbe nicea ſcte theodore cū tribꝫ
filijs ſuis quibꝫ ꝑmogenitū ſuū ſcʒ eſfodiū xp̄m ſiducialit̄ con
fitentē fecit cōſularis bythinio ꝑmam fuſtibꝫ cedi. deinde ma
trem cum tribus filijs ſuis igne cōſumi.

In hieroſolimis inuentio corpis btiſſimi ꝓthomartyris ſte ſtef e cexiū
phani ⁊ ſctoꝝ nycodemi gamaliel' et abybon. Qui ſtephanꝰ
a iudeis lapidatꝰ. corpus eius vt a feris cōtaminaret̄ relictū.
cōſilio gamalielis magiſtri pauli a viris timoratis ſepelit̄. Et
āno dñi ccc.xvij. inuentum eſt corpus ſcti ſtephani p reuelatio-
nē factā luciano pſbitero. Lucianꝰ vero hieroſolimā adijt.
et reuelatōes ſibi factas cūctas Johāni epo hieroſolymita-
no p ordinē narrauit. Pergūt igit̄ cū alijs epis ⁊ clericis ad
locū ꝑdictū luciano oſtēſum. Cūqꝫ cepiſſent fodere terra cō-
cutit̄. ⁊ ſuauiſſimꝰ ſentit̄ odor. Ad cuiꝰ odoris nimiā fragran
ciā ⁊ meritis ſancti ſtephani lxx. hoīes de diuerſis lāguoribꝫ
curant̄. Sicqꝫ in eccl'ia ſyon q̄ eſt hirl'm vbi ſctūs ſtephanꝰ ar
chidyaconi officio fūctꝰ eſt. cū magno gaudio trāſlatus eſt. et
ibi honorifice recōdit̄. ⁊ poſtmodū ad ꝯſtantinopolim recon
dit̄ trāſlatus. ⁊ deīn trāſlatꝰ eſt ad romā ⁊ ꝯiunctꝰ corpi ſācti
laurēcij. Et hec trāſlatio eo ordine eſt facta. Cōtigit eñ eu-
doſiā filiā theodoſij imperatoris a demōio grauit̄ cruciari. qꝫ dū
pr̄i ꝯſtantinopolim cōſtituto intimatū eſſet iubet filiā ꝯſtanti-
nopolim adduci vt ſacris ſtephani martyris reliquijs tāgeret̄
Demō aūt in ea clamabat. Niſi ſtephanꝰ romā veniat nō exi
bo. q̄niā ſic eſt apl'oꝝ volūtas. Miſſi ḡ ꝯſtantinopolim car-
dinales corpus ſcti ſtephani romā detulerūt. ⁊ ad eius tactū
puella a demone liberabat̄. Et laurētius fr̄is aduentū q̄ſi cō-
gratulās in alterā partē ſepulcri receſſit. ⁊ medietatē illiꝰ fra
tri vacuā reliq̄t. Tūc vox de celo audita eſt. O felix roma que
corpus laurētij hyſpani ⁊ ſtephani hieroſolimitani vno clau-

dis manſeolo. Refert augu. in libro de ciui. dei. ſex mortuos ad inuentionē ſancti ſtephani hieroſolimitani ſuſcitatos. Uir quidā cū mortu⁹ iaceret inuocato ſup eū noīe ſcti ſtephani cōtinuo ſuſcitatus eſt. Itē quendā puer a plauſtro ꝯtritū. quē mater ad eccliam ſcti ſtephani deferens viuū ⁊ ſanū reportauit. Itē quēdam iuuenē apud yponē cuius corp⁹ cū intinctū fuiſſet oleo ſcti ſtephani ſtatim ſurrexit. Itē quendā puerū cū ad eccliam ſcti ſtephani vite eſt ꝓtinus reſtitut⁹. Itē q̄dā ſanctimonialis q̄ cum in extremo ſpū deſtituta ad eccliam ſcti ſtephani delata eſſet. ⁊ ibidē expiraſſet videntib⁹ oīb⁹ ⁊ ſtupentibus ſanata ſurrexit. Itē quandā puellā apud yponē cui⁹ tunicā cū pater ad eccliam ſcti ſtephani deportaſſet. et eū poſtmodū ſup corp⁹ defuncte filie ꝓiecit. ⁊ illa ſtatim ſurrexit.

Proth f ccxv ¶ Rome via latina paſſio ſancti terculini martyris. qui ſub aureliano īpatore ꝓ fide catholica. Primo fuſtib⁹ mactat̄. ſcdo lateribus eius ignis apponit̄. tercio os eius lapidib⁹ conquaſſit̄. quarto eculeo ſuſpendit̄. ⁊ neruis crudis diuci⁹ ceditur. quinto igne cremat̄. ſexto decollat̄.

os g ccxvj ¶ Ciuitate balonia depoſitio beati dn̄ici ꝯfeſſoris. qui tanti zeli circa ſalutē extitit aīarū. vt nō ſolū ſeipm v̄bo ⁊ exēplo dedicauerit euāgelici p̄dicationi oīb⁹ abdicatis. ſed ⁊ ordinē fratrū p̄dicatoꝝ ad hoc ipm inſtituerat. q̄ tam ſalubri miſterio in ꝑpetuū deſeruiret cuius ipe p̄mus fūdator extitit ⁊ magiſter. Itē oſwaldi regis angloꝝ qui oīni v̄tute decorat⁹. deo ⁊ hoīb⁹ gratus. p̄cipue tn̄ in elemoſynarū largitate ꝓmptiſſimus. Nunquā ad mēſam ſedebat p̄uſq̄ mlta milia hoīm paſceret ac de manib⁹ eius elemoſynā acciperent. quadā die dū ad mēſam ſedēs multos paupes ſolito refeciſſet. Dapifer ei⁹ veniēs aīt eū nūciauit pegrios elemoſynā petētes adueniſſe. tūc rex ſcutellā aureā ante ſe poſitā de q̄ legumia ex more comedebat dedit miſtro dicēs. Hāc ſcultellā accipe ⁊ da eis. Non eñ michi expedit vt dn̄s meus ihs xp̄s q̄ ad me venit ī forma

peregrinoꝝ recedat a me vacuꝰ. Ne forte cū ego venero ad eū dimittat me vacuū a ſe dicēs. Non cognoſco te. qꝛ tu nō cognouiſti me. Iterum dū hec loq̄ret̄ quidā ep̄s vir ſctūs ſedēs iux̄ regē. arripiēs dexterā regis deoſcularꝰ eſt eam dicēs. hec dextera regis oſwaldi nunꝙ̄ putreſcat. qꝛ ꝑ eā multi paupes ⁊ ꝑegrini recreant̄. Solebat ſctūs oſwaldꝰ ꝑ ſingulas noctes mōſteria circuire. In oꝛōnibꝫ ꝑnoctare. ieiunijs et lacrimis coꝛpꝰ caſtigare. carnales ꝯcupiſcētias refrenare. paupeꝝ hoſpiciola circuire et neceſſaria eis ꝑbere. erroꝛes coꝛripe. litigantes ad pacē reducē. ꝑ lucrādis aīabꝫ ſe et ſuos in ꝑiculo ponē chꝛiſtianos ab incurſu paganoꝛū defēdere. Dolēs autē dyabolus ſuos ſibi ſubtrahi ſimulqꝫ v̄tutibꝫ ſcti oſwaldi īuidens excitauit ꝯtra regē quendā paganiſmū. Qui veniēs pugnauit cōtra ſanctū oſwaldū in cāpo anglie. in quo ſctūs oſwaldus ſtatuit ingēs ſignū ſcte crucis. vt quicūqꝫ de ſuis caderet eā adoꝛaret vt ſaluaret̄ ab ira phenni. Nocte ḡ poſtꝙ̄ caſtra poſuerūt audiuit ſctūs oſwaldus vocē dei dicentē ſibi foꝛtis eſto martyr ⁊ miles xp̄i. qꝛ tu cū exercitu tuo celeſtia cōſequeris ſicut ſctūs mauriciꝰ ⁊ iudas machabeꝰ cū palma martyrij trāſmigrabis. Ad hanc vocē ſctūs oſwaldꝰ letus efficit̄. ſuos alloquit̄ dicēs. Frēs mei ⁊ ꝯmilitones chariſſimi leuate coꝛda cū manibꝫ ad deū vt dignet̄ nobiſcū eſſe cū ſuis ſctis angelis. ⁊ erimus victoꝛes melioꝛes q̄m an̄ fueramus. Cumqꝫ hec ⁊ ſilīa alia multa locutꝰ fuiſſet. facta eſt lux īmenſa ſuper eum ⁊ vox diuina iteꝝ audita. Tu ſemꝑ mecū eris. Et ſtatī fugiēnit exercitus paganoꝝ innumerabil' ſicut arena maris. Et ſctūs oſwaldꝰ in ꝑma acie cecidit ⁊ vulneratꝰ eſt grauiter Cū aūt videret exercitꝰ ſui cedē. rogauit dn̄m vt ſuſciperet aīas eoꝝ. Dixitqꝫ. Nūc letꝰ morioꝛ. qꝛ video aīas meoꝝ in celum inīre. Et his dictis emiſit ſpm̄ i hec v̄ba. Dn̄e ihū xp̄e accipe ſpm̄ meū. In eodē aūt loco vbi ocubuit facta ſunt miracula. Nā oīs infirmitas terra ſuo ſanguine rubefacta linita ſanat̄

Poſtq̄ aūt interfectus eſt ſanctus oſwaldus dextera manus eius de corpe amputata ſcd̄m verbū p̄fati ep̄i māſit imputribilis vſq; in pūtam diē. Credūt etiā fideles. vt quicūq; celebrāt memoriā eius p̄ſciant mortē ſuā ipius interuētu trib9 dieb9. ſicut ip̄e monitus eſt ab angelo tercia die aī ſuam occiſionē. Itē rome marie niuis. q̄ feſtū ſic hab3 ortū. Iohēs patrici9 qui q̄ſi pater ciuiū vel ciuitatis cū deuota vxore ſua xp̄o dn̄o ſeruiēs cū heredē non haberet petabat a deo ſibi reuelari in q̄ ope deo et ſue dulciſſime mr̄i virgini marie cplaceret. Tūc hodierna die v̄go maria p̄dicto patricio ⁊ ſue vxori apparet dicēs filio ſuo ſaluatori oīm cplacere. vt de eoꝝ ſubſtātia rome in loco ī quo nō dū aliqd̄ tēplū habebat v̄go maria nobile cſtruat. Vn̄ niuiū mltitudine cadēte ſolū illū obtexit locū in q̄ ſibi baſilicā cſtrui cplacebat. His v̄bis eū alloquēs dulcis virgo maria. Tu iohēs ſūmo mane ad papā liberiū feſtinabis. ego em̄ domui mee locū ſpecialē elegi. quē in h̄ tempe eſtatis nix repleuit. in q̄ meo noī cū cſilio pape eccl'iam fabricabis. Qui exurgēs ⁊ cūcta dn̄o ap̄lico reuelās. Reqrentib9 aūt locū quē ſcta dei genitrix repromiſit eū plenū niuib9 inuenerūt. Ad quē locū vniuerſa plebs romana ccurrens. imenſas gr̄as deo ⁊ beate marie retulerūt. Mox vero papa letus foſſoriū arripiens ſicut nix aſſignauit ꝓprijs manib9 terrā fodēs. Illuſtris aūt patrici9 cūcta q̄ neceſſaria erāt miſtrabat. vt nō pateret̄ deeſſe qd̄ opportunū eſſe videret̄. ſed fabricatione huius eccl'ie quā papa in honore marie v̄ginis dedicauit. In qua ⁊ p̄ſepe dn̄i cunabula fenū panni ſanctiſſimi ſaluatoris cum multis alijs reliquijs ibidē deuotiſſime reſeruant̄. Et hec memoria venerabilis Rome ad ppetuā laudē et p̄conū dei genitricis celebriter venerat̄.

ſix A ccxvij Rome via apia in cimiterio calixti ſcti pape ⁊ martyris q̄ natōe fuit athenēſis. Primo pb̄s. deinī xp̄ianus fact9 ⁊ ī papā lectus. Audiēs aūt deciū a pſis redeuntē clerū ſuū ad marty-

rium amauit dicens. oĩes ſanctos multa tormenta paſſuros
vt ſecuri ad palmã martyrij ꝑuenirent. Cõmiſit etiã thezau-
ros eccl'ie archidyacono ſuo ſcꝫ laurentio. ⁊ ſic tent⁹ cum feli
ciſſimo et agapito dyaconibꝰ decio pñtatꝰ cui pͥncipatũ ſacer-
dotũ ydoloꝶ ꝓmiſit ſi ydolis ymolaret. Beatiſſim⁹ ſixtus hoc
facere renuẽs ductus eſt ad templũ martis añ portã apie. ſed
ſc̃to ſixto dicente. Deſtruat illud ihs xp̃s ⁊ fidelibꝰ rñdentibꝰ
amẽ. maxima ps templi cecidit. Tũc ſc̃tus ſixt⁹ cũ feliciſſimo
⁊ agapito decollantꝰ ibidẽ. ⁊ corpa eoꝶ cãpo relinquuntꝰ. No
cte clerici venerũt ⁊ corpa ſc̃ti ſixti ⁊ ſocioꝶ eius debito hono
re ſepelierũt. Decollatiqꝫ ſunt cũ eis ianuari⁹ magnus vicen
tius ſtephan⁹ ⁊ quartus. Hac etiã die trãſfigaratio deſcribitꝰ
facta. ⁊ a multis maxime ab oriẽte eccl'ia deuotiſſime celebratꝰ
Ideoqꝫ vites bñdicuntꝰ. ⁊ aliquo loco vino nouo in ſacramẽ
to altaris a quibuſdã imiſcetꝰ. eo ꝙ xp̃s in nouitate apparuit
veram ſui naturalis ⁊ miſtici corpis nouitatẽ ꝑfigurans.

Sancte affre q̃ fuit filia ſc̃te hylarie regine cipre quã ſc̃ts af b ccxviij
narciſſus ꝯuertit cũ eſſet publica meretrix. Que gayo iudici
pñtatꝰ ⁊ accuſatꝰ. cui dũ diceret gay⁹. deũ xp̃ianoꝶ meretrices
abhorrẽ et xp̃m in talibꝰ habitare nõ poſſe. Affra rñdit xp̃m
ꝓ pc̃toribꝰ adueniſſe ⁊ incarnatũ eſſe. Iubetꝰ ğ ſc̃ta affra pri-
mo fuſtibꝰ cedi. ſc̃do igne ꝯcremari. ⁊ ſic orãs trãſiuit ad xp̃m
dñm ſuũ ⁊ ſponſũ eius. Matꝰ aũt eius hylaria ⁊ ſc̃tũs dyoni-
ſius fratꝰ ſc̃te affre ⁊ plures dũ eã ſepeliſſent ibidẽ cõprehenſi
dũ ydolis nollẽt ymolare ignis examie ſũt exuſti. et oẽs ſilꝰ in
ſolẽni ciuitate auguſta in ꝓuincia recia honorifice ſepulti. et
ibidẽ ſolẽniter honorantꝰ ab oĩ clero ⁊ pp'lo. Itẽ apud tu-
ſciã ciuitate aretina natale bt̃i donati ep̃i ⁊ martyris. q̃ rome
a q̃dã p̃ſbitero erudit⁹. Et dũ iulian⁹ apoſtata impator fact⁹
fuiſſꝫ. pͥmo parẽtes ſ. donati ꝓpt̃ fidẽ occidi iuſſit. Hic donat⁹
a iulio papa ep̃s ꝯſecrat⁹ ẽ. Dũ pp'lo ſacra miſteria tribueret
dyacono a paganis ꝯpreſſo calix vitri⁹ de manu eius elabitꝰ. ⁊

cōfractus paganus fecit cachinnū quē ſctūs donat⁹ collectis
fragmētis ꝑcib⁊ repauit. Dyobol⁹ aũt ad ſui ꝯfuſionē vnū fra
gmentū ſurripuit qd adhuc deeſſe videt᷑. ⁊ cū ſit ī fūdo nulla tñ
gutta inde emanat. Itē dracone imaniſſimū ſigno crucis fa⸗
cto. ⁊ i os eius expuēs interfecit. Itē thodoſiā filiam imꝑato
ris a demōe liberauit. Itē mulier inuitata ad dedicationē ſācti
Sebaſtiani. de nocte ex cōcupiſcētia peccauit cū marito. De
mane habuit ꝯſcientiā intrare ecclīam ⁊ apparere corā reli⸗
quijs ⁊ ſcto ſebaſtiano. Cum aũt intraſſet ecclīam ⁊ reliquie
in ꝓceſſione portate fuiſſent arrepta a dyabolo ḡuiter vexa⸗
ta corā pplo que ducta ad domū ꝓpriā. ⁊ multis dieb⁊ vexata
eſt a demonib⁊. Tandē pñtata ē ſcto donato epo. q̄ ꝓ ea orās
eā liberauit. Itē fontē i terra arida orādo ꝓduxit. Qui poſt
miracla ꝑpetrata tandē ꝓ fide catholica. ꝑmo os ei⁹ lapidib⁊
tōdit᷑. ſcdo i tetro carcē includit᷑ ⁊ ibidē cruciat᷑. t̄cio decollat᷑.

cſc ccxix ¶ Rome via aſtēſi natale bti cyriaci dyaconi ⁊ ſctoꝝ marty
rū largi ⁊ ſmaragdi cum alijs viginti tpe dyocleciani imꝑato
ris btūs ciriacus a ſcto marcello papa dyacon⁹ factus. poſt
plura filiā regis pſarū a demonio liberauit. et ſic ſanatā puel
lam cū pr̄e ⁊ mr̄e ⁊ multis alijs baptizauit. Et cū multa mu⸗
nera ſibi dare voluiſſet. ipe oīa paupib⁊ xpianis dari iuſſit. ⁊
xlv. dieb⁊ ibidē in pane ⁊ aq̄ māſit. Tandē romā redijt. Poſt
duos aũt mēſes dyoclecian⁹ defūctus ē. cui maximian⁹ ſucce⸗
dēs irat⁹ iuſſit carpaſio vicario vt ſctm ciriacū cū ſocijs ſacrifi
care ꝯpelleret aut diuerſis ſupplicijs occidēt. q̄ cū picē ſup ca
put ei⁹ liq̄ſſet. ⁊ ī eculeo ſuſpēdiſſet. nec ſic eū flectē poſſz. fecit
ſctm ciriacū cū oib⁊ ſocijs ſuis decollari circa annos dñi. ccc.

ſro d ccxx ¶ Rome ſancti romani militis. qui ꝯfeſſione ſcti laurēcij cō
punctus pecijt ab eo baptizari. ⁊ mox iubēte decio fuſtib⁊ ce⸗
ſus ac decollat⁹ eſt. Item ſancti fromini qui iuſſu maximiani
imꝑatoris vinculat⁹ ducit᷑ medyolanū quē vir noīe ruſtic⁹ ſui
generis flens capit᷑. et cum eo pñtat᷑. Cum igit᷑ nullis blan⸗

dicijs acquieſceret vt ydolis ymolaret. Primo nudi a ſex ho-
minibꝫ flagelant. Scdo in cippo in carcere includunt. Ter-
cio ſtratis accutis teſtis nudi volutant. que tanq̄ fauille per
area diſperſe ſūt. martyres aūt illeſi pmanſerūt. Quarto mit
tunt in ignē copioſum. qui in q̄ttuor partes diuiſus nihil no
cuit ſanctis. Quito fuſtibꝫ ſunt ceſi. Sexto decollant. eorūqꝫ
corpa inhumata relinq̄ iubent. Itē natale ſanctoꝝ ſecūdiani
marcelliani ꝛ valeriani. qui tempe decij p fide catholica. Pri
mo ceſi ſunt. Scdo in eculeo ſuſpenſi ꝛ vngulis abraſi. Ter-
cio igne lateribꝫ appoſito aſſati. Quarta decollati.

¶ Rome via tyburcia natale beati laurencij archidyaconi beati ſixti pape qui hyſpan⁹ genere puritate innocētia vite li bertate opum miſcdie pfulgens. qui pn̄te decio impatore poſt plurima tormenta carceris. verboꝝ laminū ardentiū ad vlti mū in craticula ferrea aſſatus cum fortiſſimo mortis triūpho per palmam martyrij celos introiuit. lau e cclxj

¶ Rome int duos lauros natale ſcti tyburcij martyris in-cliti. qui fuit fili⁹ cromacij pfecti romane vrbis. q̄ ſub iudice fabiano cū nudis plātis ſup carbones ardētes ingreſſus q̄ ſi-gno crucis facto ſup prunas gradit dicēs ſe ſup roſeos flores incedē in noīe xpi. Cui fabian⁹ diceret. Quis dubitat veſtrū xpm vos magicā artē docuiſſe. Tyburci⁹ rn̄dit. Tace miſerri me ꝛ ne facias hāc iniuriā auribꝫ meis. vt audiā te melliflū nomē dei venenato ore blaſphemijs lacerare. Tūc iuſſit eum decollari. ꝛ poſtmodū a q̄dā ſui genere deuote ſepelit. Itē ſu-ſāne ꝟginis ꝛ martyris. q̄ fuit ꝯſanguinea bti gay pape. ꝛ dū eſſꝫ pulcra ꝛ nobil' a dyocleciano petit maximiano filio ſuo i vxorē puella igit recuſās nubē filio ydolatrie peſſimo. Iubet a dyocleciano diuerſis tormētis affici ꝛ tādē gladio iugulari ti f cclxij

¶ Octaua ſancti dominici. Itē apud puinciā recie ciuitate Auguſta. Natale ſancte hylarie matris ſcte Affre martyris que cum ad ſepulcrū ipius excubaret ibidē a pſecutoribꝫ pro bur g cclxiij

fide xp̄i igne tradita eſt. cū digna et eunomia ⁊ eutropia. Itē ſancte clare virginis quā beatus franciſcꝰ ſacro velamine cō ſecrauit. que in mira abſtinentia ⁊ incredibili penitentia per quadraginta annos ſe affligēs ordinē pauꝑum inſtituit domi narū. que viuens multis miraculis choruſcat.

xp A ccxxiiij Rome ſcti yppoliti martyris ⁊ eiꝰ familie. qui poſtq̄ glo rioſū xp̄i martyrē laurentiū ſepeliuit tenet̄ a militibꝫ ⁊ decio p̄ntat̄. quē deciꝰ ſubridēs magū aſſerit ⁊ laurētiū magū ſepe liſſe. Qui ſe hūc nō vt magū ſꝫ vt xp̄ianū martyrē xp̄i ſepeliſ ſe teſtat̄. Prīo lapide os eius tundit̄ ⁊ veſte militari expoliat̄ Decius iterū hortat̄ eum ne ſicut laurentiꝰ ꝑeat. Ad quē yp politus vtinā exemplar merear fieri beati laurētij quē tu ore polluto auſus es noīare. Tunc decius iratus ſcdo iuſſit eū fu ſtibꝫ cedi. poſtmodū valeriano p̄fecto tradit̄. vt ablatis facul tatibꝫ crudeli morte ꝑimat̄. Facultas aūt yppoliti tota requi rit̄. familiaqꝫ tota xp̄iana reperitur. in qua nutrix yppolliti cō cordia noīe. que ꝓ ſe ⁊ alijs dū ad ſacrificādū hortaret̄ r̄ndit Melius eſt mori cū dn̄o pudice quā viuere impudice. Tūc iuſſit ſanctā ꝯcordiā plūbatis interfici et aliā familiā diuer ſimode laniari. Demū extra portā tyburtinā yppolitꝰ cū fami lia ducit̄ et om̄ibꝫ decollatis gr̄as deo egit q̄ eū p̄ceſſerat fa milia ſua. ligantur igitur pedes yppolliti ad pedes indomitoꝝ equoꝝ et ꝑ cardos ⁊ tribulos trahit̄ donec ſpiritū emiſit.

xeu b ccxxv Rome via apia natale beati euſebij p̄ſbiteri ⁊ confeſſoris qui a conſtantio auguſto ob catholice fidei ꝯfeſſionē in quo dam cubiculo domus ſue incluſus ibiqꝫ in orōne cōſtanter ꝑ ſeptem menſes ꝑſeuerans obdormiuit in dn̄o.

ſup c ccxxvj Aſumptio glorioſiſſime v̄ginis marie genitricis dei ⁊ dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. que eſt terror inferis ⁊ gau diū ſuꝑis. virginū ⁊ cōfeſſoꝝ iocūditas. tripudiū martyrū p̄conū aplo̅ꝝ. ꝓphaꝝ veritas. patriar charū nobilitas. oīm celeſtiū ſpirituū ſublimitas. primū ſan

ctuariũ trinitatis. Ait eñi ꝓpheta. Eleuata eſt magnificẽtia
tua ſup celos. De hac etiã ſublimi matre canit eccl'ia. Exal-
tata es ſancta dei genitrix ſup omnes choros angeloꝝ ad cele
ſtia regna. Aſſumptio aũt ũginis marie ſicut ex quodã libel-
lo apocriſo q̃ iohãni euãgeliſte aſcribit̃ h̃ mõ facta eſt. Apo-
ſtolis ob p̃dicationẽ diuerſas mũdi ſubeũtib9 regiões virgo
maria in domo iuxta montẽ ſyon poſita mãſit. ⁊ oĩa loca filij
ſui ſcʒ locũ baptiſmi ieiunij tentatõis paſſionis ſepulture re-
ſurrectõis ⁊ aſcẽſionis quo aduixit deuotõe ſedula viſitabat.
dicit̃ autẽ vixiſſe q̃draginta tres annis verſus. Virgo dei vixit
ſexaginta trib9 ãnis. Quattuor atqʒ decẽ fuit ĩ partu bñdicto
Trigintaqʒ trib9 cũ nato vixerat ſuo. Sexqʒ decẽ poſtq̃ xp̃s
ↄſcendit ad aſtra. Die ḡ quadã cũ p̃dicta loca deuote viſitaſ-
ſet ⁊ domũ reuerſa fuiſſet. cor eius in deſideriũ filij vehemẽter
accendit̃ eſtuãs anim9 ↄmouet̃. ⁊ interiorẽ lacrimaꝝ habun
dantiã excutit̃. Cũqʒ ad temp9 ſubtracti filij eq̃nimit̃ nõ fer-
ret ſubtracta ſolacia. angel9 cũ mlto lumĩe eidẽ aſtitit. et re-
uerẽter ſalutauit dicens. Aue maria gr̃a ple. do. te. Ecce ra-
mũ palme oliue de paradyſo ad te dñam attuli. que añ feretꝝ
portare iubebis cũ die tercia de corꝑe aſſumeris. Cui maria
rñdit. Obſecro vt nomẽ tuũ mihi reuelare digneris. ſed et h̃
inſtãcius peto. vt apl'i parit̃ ad me ↄgregent̃. vt eos añq̃ mo-
riar corꝑalib9 ocl'is videã. et ſepeliri ab eis valeã. ⁊ ipis p̃nti-
bus ſpm̃ reddã. Hoc etiã peto vt aĩa mea de corꝑe exiẽs nul
lũ ſpm̃ malignũ videat. nullaqʒ mihi poteſtas ſathane occur-
rat. Cui ãgelus. Cur ſcire deſideras dña nomẽ meũ qđ mira
bile eſt. Ecce oẽs ad te hodie ↄgregabunt̃ q̃ nobiles tibi ex-
hibebũt exeqas funeris ⁊ in eoꝝ aſpectu ſpm̃ exalabis. Ma-
lignos aũt ſpũs videẽ cur metuis. cũ caput eius oĩno ↄtriueris
fiat tñ volũtas tua vt ipos nõ videas hijs dictis angel9 cũ ml'-
to lumĩe celos ↄſcẽdit. Palma aũt illa nimia claritate ſplen
debat. ⁊ erãt q̃dẽ ũge viriditate ↄſimil'. ſʒ folia illius vt ſtella

matutina fulgebāt. Factū est aūt cū iohānes in epheso p̄dica
ret. celū repēte intonuit ꝛ nubes cādida ipm ſuſtulit ac rapti
aū marie ianuā collocauit. pcuciēſqꝫ hoſtiū interi⁹ introiuit ꝛ
ỽginē ſalutauit. quē maria ꝯſpiciēs obſtupuit. ꝛ p̄ gaudio la
crimas ꝯtinē nequit. Dixitqꝫ fili iohēs memoꝛ eſto ỽboꝝ ma
giſtri tui. q̄bꝰ me tibi in mr̄em ꝛ te mihi in filiū ꝯmēdauit. Ec
ce a dño reuocata debitū hūane ꝯditōis exoluo. ꝛ corp⁹ meū
tibi cura ſolicita recōmēdo. Audiui eñ iudeos iniſſe ꝯſiliū di
centes. Expectemus viri frēs q̄adusqꝫ illa q̄ ih̄m portauit ſu
beat mortē. ꝛ corp⁹ eius ꝯtinuo rapiem⁹ ac ignibꝰ ꝯburem⁹.
Tu ḡ hāc palmā deferri facias añ feretrū dū corp⁹ meū duxe
ritis ad ſepulcrū. Dixitqꝫ iohēs. O utinā eſſent hic oēs apl̄i
frēs mei. vt decētes tibi parare poſſem⁹ exq̄as ac exoluere lau
des dignas. Hoc illo dicēte oēs apl̄i de locis in q̄bꝰ p̄dicabāt
a nubibꝰ inſimul ꝯgregatos mirabant̄ dicētes. Que nā cau
ſa eſt ꝓpter quā nos dñs hic inſimul ꝯgregauit. Johēs ḡ ad
eos exijt. ꝛ dñam de corpe receſſurā p̄dixit. et addidit dicens.
videte frēs ne cū obierit aliq̄s eā defleat. ne h̄ vidēs pplꝰs cō
turbet̄ ꝛ dicat. Ecce iſti quō timēt mortē. q̄ tñ alijs p̄dicāt re
ſurrectionē. Dyoniſi⁹ ī libro de diuinis noībꝰ aſſerit ī dormi
tione ỽginis oēs apl̄os ꝯueniſſe. ꝛ ſe ſil̄r inter fuiſſe ꝛ vnū
quēqꝫ in laudē xp̄i ꝛ ỽginis ſermonē feciſſe. Cū autē bt̄a ma
ria oēs apl̄os ꝯgregatos vidiſſet dñm bñdixit. ꝛ ī medio eoꝝ
ardētibꝰ lampadibꝰ ꝛ lucernis cōſedit. Circa vero horā no
ctis terciam ih̄s aduenit cum angeloꝝ ordinibꝰ patriarchaꝝ
ꝓphetaꝝ martyrū confeſſoꝝ atqꝫ ỽginū agminibꝰ. ꝛ añ thoꝝ
virginis acies ordinant̄. et dulcia cantica frequētant̄. Nam
ip̄e prioꝛ ih̄s inchoauit ꝛ dixit. Ueni electa mea ꝛ ponā in te
thronū meū. quiā ꝯcupiui ſpeciē tuā. Et illa paratū coꝛ meū
dñe paratum coꝛ meum. Tunc oīes qui in ih̄u venerāt dul
citer intonabāt dicētes. Hec eſt que neſciuit thoꝝ in delictis
Habebit fructū in reſpectione aīmaꝝ ſanctaꝝ. Ipſa autē a

ſemetipſa cecinit dicēs. Beatā me dicēt oēs generationes
Quia fecit mihi magna q̇ potēs eſt ſanctū nomē eius. Tunc
cātoꝛ cantoꝝ intonuit dicēs. Ueni de libano ſpōſa veni de li-
bano veni coꝛonaberis. At illa. Ecce venio. qꝛ in capite libꝛi
ſcriptū ē de me vt facerē volūtatē tuā de⁹. Sicq̄ marie aīa de
coꝛpe egredit̄. ⁊ ī vlnas filij aduolauit. fuitq̄ tā a doloꝛe car
nis extranea. q̄m a coꝛruptōe extiterat aliena. Statimq̄ cir-
cundederūt eā floꝛes roſaꝝ ſcȝ cetus martyrū. ⁊ lilia cōualiū ſcȝ
agmīa angeloꝝ ꝯfeſſoꝝ v̇ginū. et poſt eam apl̄i clamabāt di-
centes. Uirgo prudētiſſima quo ꝓgrederis eſto nr̄i memoꝛ o
dn̄a. Tūc angeloꝝ cet⁹ q̄ remāſerāt ꝯcentū aſcēdentiū audiē-
tes admirati ſūt ⁊ ꝯſciti obuiā ꝓceſſerūt. ⁊ vidētes femīe ani
mā in ꝓprijs vlnis baiolantē illāq̄ ſup illū innixā. obſtupe-
facti clamare ceperūt dicētes. Que eſt iſta q̄ aſcēdit de deſer-
to delicijs affluēs ī nixa ſup dilectū ſuū. quibꝫ ꝯcomitāte dixe
runt. Iſta eſt ſpecioſa inter filias hieruſalē ſicut vidiſtis eam
plenā charitate ⁊ dilectōe. ſicq̄ in celum gaudēs ſuſcipit̄. et a
dextris filij in thꝛono glīe collocat̄. Apl̄i aūt viderūt eius ani
mam tanti eſſe candoꝛis. vt nulla moꝛtaliū lingua poſſet fari.
Tres aūt v̇gines q̄ ibidē erāt cū coꝛp⁹ eius lauādi grā expo
liaſſent. tanta ſtatim claritate coꝛpus reſplēduit vt tangi q̇dē
ad lauandū poſſet. videri aūt nō poſſet. Tam diu aūt lux illa
reſplenduit donec coꝛp⁹ v̇ginis a virginibꝫ lotum fuit. Dicit
etiam coſmas cognomēto veſtitoꝛ centum ⁊ viginti virgines
in tranſitu virginis marie fuiſſe in obſequijs eius.

Sācti tharſicij accolliti ⁊ martyris. quē cū pagani īuenii- ci o cxxvij
ſent ſacramentū coꝛpis poꝛtātē cepert diſq̄rere q̇d gereret. At
ille indigne iudicās poꝛcis margaritā ꝓdere tam diu cū ma-
ctauerūt fuſtibꝫ ⁊ lapidibꝫ donec ſpm̄ exalaret. ⁊ reuoluto ei⁹
coꝛpe ſacrilegi ꝑcuſſoꝛes nil ſacroꝝ xp̄i ī ei⁹ maībꝫ aut veſtibꝫ
īuenerūt. Chꝛiſtiani aūt coꝛp⁹ eius īuenerūt colligētes ⁊ ī ci
miterio calixti rome ſepult⁹ ē. Itē metis ciuitate trāſlatio bt̄i

arnolfi eiuſdē ciuitatis epi et ꝯfeſſoris. Itē in nicea ciuitate
bythinie natale bti vrſacij ꝯfeſſoris. qui ſub licinio ꝑſecutore
milicia relicta ſolitariā vitā agens tātis claruit v̓tutibꝫ vt ⁊
demōes expuliſſe ⁊ in gentē draconē orādo intereniſſe legat̄.
o e ccxxviij ¶ Octaua ſancti laurencij. Item ſanctiſſime ſerene impatri
cis romanoꝝ. que fuit vxor dyocleciani impatoris. q̄ fidē xp̄i
ſuſcepit ⁊ multa bona fecit xp̄ianis. Nam ſcto cyriaco qui fi-
liā ſuā arthemiā v̓ginē a demonio liberauit domum ꝯceſſit. ⁊
f͞ris ⁊ eidē expēſas dedit. Ipa ſcta ſerena diſſuaſit ſanctā ſu-
ſannā v̓ginē q̄ fuit filia fr̄is ſancti gay pape. que fuerūt om̄es
de alta et regio ſanguine nate. ne ipa ſuſāna v̓go pulcerrima
filiū dyocleciani ⁊ ſuū ꝓximū dyoclecianū noīe ydolatrā ma
ritū acciperet. ſed in v̓ginitate ꝑpetua maneret. Itē in ceſarea
capadocie natale ſcti mām̄entis martyris. qui paſſus eſt im-
perāte aurelio ſub alexandro p̄ſide.
a f ccxxix ¶ Apud p̄neſtinā ciuitatē miliario ab vrbe roma triceſimo-
tercio. natal' bti agapiti martyris. qui nobili ort⁹ ex genere.
cū eſſet annoꝝ q̄ndecim ⁊ amore xp̄i ferueret iuſſu aurelij im
peratoris tent⁹ ē. Et p̄mo ꝓ fide catholice neruis crudis cru
delit̄ eſt ceſus. Scdo incarcerat̄ nec etiā aq̄ ei miſtrat̄. Ter-
cio educit̄ ⁊ prune ardētes capiti eius apponunt̄ Quarto fla
gellis cedit̄. Quīto ſup artū fumū nud⁹ capite deorſū ſuſpen-
dit̄. Sicqꝫ dimittit̄ ⁊ oībꝫ acceſſus ad eū ꝓhibet̄ donec nun-
ciet̄ defunct⁹. Anaſtaſi⁹ cornicuları⁹ poſt quartū diē volēs vi
dere q̄d de agapito euenerit. vidit eū in veſte alba ſup fumum
ambulātē. ⁊ ſic xp̄o credidit ⁊ martyr effect⁹ ē. Sexto aq̄ bu-
liens vētri eius infundit̄. Septimo maxille eius cōterunt̄ la-
pidibꝫ. Preſes ſtatim de tribunali corruit ⁊ expirauit. Iu-
bet impator ī ciuitatē p̄neſtinā agapitū duci expectantē om̄i
ppl'o. Octauo agapitus leonibꝫ obicitur. vt ab eis ꝑimat̄. leo
nes autē ante pedes ſancti ꝓſternunt̄. credunt ppl'i. Nono
agapitus decollat̄. ſepelit̄ ergo in vno ſarchophago.

¶ Impago ſigiſterico beati donati pſbiteri. qui ab ipis infã ga g ccxxx
cie rudimẽtis mira dei grã pditus anachoriticã vitaꝫ multis
annis exegit. ⁊ miraculoꝝ glĩa clarus migrauit ad xpm. Itẽ
rome ſancti iulij ſenatoris ⁊ martyris iubente comde impato
re tam diu eſt fuſtibꝫ ceſus donec emitteret ſpm̃. Item ſancti
lodowici epi thoſoloni filij regis cilicie. qui vita et miraculis
glĩoſus nr̃is temporibꝫ ſanctificari meruit. ſanctorũqꝫ catha
logo ꝯſcribi. qui fuit de ordine fratꝝ minoꝝ. Itẽ in nurẽber-
ga ſcti ſebaldi ꝯfeſſoris. cuiꝰ feſtũ ibidẽ celebratice ⁊ honori
fice ac ſolẽniter in ecclĩa parrochiali ad ſctm petrũ ſepultꝰ.

¶ In cimiterio ligonẽſi depoſitio beati bernardi clareuall' pi A ccxxxj
abbatis. qui burgũdie partibꝫ fãtanis oppido pr̃is ſui oriun-
dus fuit parẽtibꝫ claris ſcdm dignitatẽ ſeculi ſꝫ dignioribꝫ ⁊
nobilioribꝫ ſcdm xpiane religionis dignitatẽ. pater eius ceci
linus vir antique ⁊ legittime milicie fuit cultor dei iuſticie te
nax euãgelicã nãqꝫ ſcdm inſtituta pcurſorie dñi miliciã agẽs
nemĩnẽ ꝯcuciebat. nemini calũniã faciebat. ſed ꝯtentꝰ ſtipen-
dijs ſuis qbꝫ ad oĩe opus bonũ habũdabat ſicut ꝯſilio ⁊ ar-
mis ſeruiebat tpalibꝫ dñis ſuis vt etiã dño deo nõ negligeret
ſed redderet qꝫ debebat. Mater vero eius aleth ⁊ ipſa in or
dine ſuo apſtĩcã regulã tenens. ſubdita viro ſcdm timorẽ dei
domũ ſuã regebat opibꝫ bonis ſemp inſiſtebat ſepteꝫ liberos
ſcꝫ ſex mares ⁊ vnã feminã qs genuerat in timore ⁊ diſcipli-
na dei viuere docebat. Cũ aũt aleth in ordine filioꝝ. Bernar
dũ terciũ hrẽt in vtero ſomniũ vidit pſagiũ futuroꝝ. catuluꝫ
videbat totũ candidũ in dorſo ſubruffum ⁊ latrãtẽ in vtero ſe
habentẽ ſup quo territa vehemẽter. cũ religioſũ quendã cõ-
ſuluiſſet trepidãti ⁊ anxie rñdit dicẽs. Ne timeas bñ res agi
tur. Optimi catuli mater eris q domus dei cuſtos futurꝰ. ma
gnos p ea ꝯtra inimicos fidei editurus eſt latratus. Erit eñi
egregiꝰ pdicator ⁊ tanq̃ bonꝰ canis grã lingue medicinalis
in multis multos morbos curaturꝰ eſt aĩaꝝ. Quo rñſo mili-

cie pia et fidelis quaſi a deo ſuſcepto leta efficit. ⁊ iam tunc in
amorē nō dñi nati trāſfundit. cogitās cū ſacris litteris tradere
erudiendū ſcdm nouū modū viſionis ⁊ interꝑtatōis quā ei de
illo tam ſublimia ꝓmittebant. Nō factū eſt. Mox em̄ vt fe-
lici partu edidit nō mō obtulit eū dn̄o deo ſicut de alijs facere
cōſueuerat. Sed ſicut legit̄ de ſc̄ta ān̄a mr̄e ſamuelis. que pe
titū a dn̄o ⁊ acceptū filiū in tabernaculo eius deſtinauit ꝑpe-
tuo ſeruitutꝫ. Sic ⁊ ipā eū in eccleſia dei acceptabile obtulit
munus. puer aūt creſcebat etate ⁊ ſapiētia corā deo ⁊ hoibꝫ.
Beatus igit̄ bernardus cum adhuc puer eſſet. Cogitans et
ꝑpendens ꝙ vulgo dicit̄ nō eſſe tutū diu cohabitare ſerpēti.
fugā meditari cepit. Videbat em̄ mundū iſtum ⁊ ꝑncipē eius
exteriꝰ multa ſibi offerentē. maiora ꝓmittentē. magnas res.
maiores ſpes. ſed fallaces oēs ⁊ vanitatē vanitatū oia. Ve-
ritatem vero ipām interiꝰ iugiter audiebat clamantē ⁊ dicen
tem. Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego
reficiā vos. Tollite iugum meum ſup vos et diſcite ꝗ mitis
ſum ⁊ humilis corde. ⁊ inuenietis requiē aiabꝫ veſtris. Cepit
ergo inquirere et inueſtigare. vbi certiꝰ ac purius inueniret
requiē aīe ſue ſub iugo xp̄i. Inquirēti aūt occurrit ciſterci
enſis inouate monaſtice religiōis noua plātatio meſſis mul-
ta. ſed operarijs indigēs. cum vir aliq̄s adhuc gr̄a illuc declina
ret ob nimiā vite ipius paupertatē ⁊ auſteritatē. que tamē eum
animū vere deū querentē minime terrēt. Poſtpoſita omi he-
ſitatione ac timore illuc vertit ſuā intentionē poſſe ſe eſtimās
abſcondi in abſcōdito faciei dei ab omi ꝯturbatōe hoim. Sic
beatus bernardꝰ Anno ab incarnatōe dn̄i. M.c.xiij. natiui
tatis ſue anno xxij. ciſtercienſiū ingreſſus cū ſocijs ampliꝰ ꝙ
xxx. ſub abbate ſtephano ſuaui iugo xp̄i collum ſubmiſit. Ab
illa aūt die dedit dn̄s bn̄dictionē. et vinea illa dn̄i ſabaoth de-
dit fructū ſuum. extēdit palmites ſuos a mari vſqꝫ ad mare ⁊
vltra ꝓpagines eius. Quō autem vitam angelicam ferens in

terris vix enarrare non poſſe puto qui nõ viuat de ſpũ de quo
ille vixit. qꝛ ſolius donãtis ⁊ accipiẽtis eſt noſſe. Ita totꝰ ab-
ſoꝛptꝰ fuit in ſpũ. qꝫ ſepe totꝰ in deo directa intẽtõe ſeu medi
tatõe ſpũali tota occupata memoꝛia ſenſibꝫ coꝛpis nõ vtebat᷑
Nam videns non videbat. audiens nõ audiebat. ſicut patet.
qꝛ cellã nouicioꝝ in qua ꝑ annũ ſteterat celaturã lacum lau-
ſanẽſium cũ trãſiret minime curabat. oleũ bibẽs aquã eſſe pu
tabat. fecit etiã btũs bernardus tot ⁊ tanta miracula ſigna ⁊
ꝓdigia vt vix aliq̃s poſſit ea colligẽ aut numerãdo ſufficere.
Fecit enĩ ſigna in q̃ttuoꝛ elemẽtis ſcꝫ igne aere aqua ⁊ terra
Oꝑatus eſt etiã mirabilia in oĩbꝫ creaturis que hñt ſimplex
eſſe vt lapides. que hñt eſſe et viuere vt herbe ⁊ plante. q̃ hñt
eſſe viuerẽ ⁊ ſentire. vt aĩalia bꝛuta. quem habent eſſe viuere
ſẽtire ⁊ diſcernere vt homo. que habent eſſe viure ſentire di-
ſcernere ⁊ intelligẽ. vt angeli nõ ſolũ boni ſed etiã mali. Sa-
nabat etiã btũs bernardꝰ infirmos aliqñ ſcripto ſuo. ſicut pa
tet in demone cui cedulã v̾ba hec ꝯtinentẽ miſit. In noĩe dñi
ihu xp̃i ꝑcipio tibi demon vt exeas ab ea. et cedula ad collum
ligata demon mox exiuit. Aliqñ baculo ſuo. ſicut patꝫ in mu-
liere a demõe inueſtata. cui baculũ ſuũ dedit et demon amplꝰ
ad eã accedẽ nõ ꝑſumpſit. Aliqñ imꝑio ſuo ſicut patꝫ in quo-
dam demõe quẽ excõicauit et ſtatim ab hoĩe exiuit. Aliqñ
reſpõſo ſuo. Nam cũ infirmaret̃ ⁊ in exceſſu mẽtis poſitꝰ añ
tribunal fuiſſet adductus demõ affuit ipm accuſans. Cui bea
tus bernardꝰ rñdens ait. Nõ ſum dignus fateoꝛ regnũ celoꝝ
obtinẽ ſꝫ duplici iure obtinet illud deus meus ſcꝫ hereditate
pr̃is ⁊ merito paſſiõis altero ipẽ ꝯtentꝰ alterũ mihi donet vel
dabit. Ipẽ etiã bernardꝰ cuiuſdã femĩe aſpectu tẽtatus mox
in aq̃s gelidas vſqꝫ ad collũ ſe imerſit. Itẽ ſoꝛoꝛẽ ꝓpriã veni
entẽ ad ſe viſitandũ cũ pompa ſeculari ſpꝛeuit eã vocãs rethe
dyaboli q̃ ꝯpuncta poſt brẽuiũ viuẽte viro ⁊ cõcedẽte eũdem
oꝛdinẽ intr̃uit. Itẽ legatõe pape btũs bernardꝰ fungẽs vt re-

gem cilicie eccleſie reconciliaret. Cuius cor dũm obſtinatum
inuenit accedit ad altare rege p̄ foribꝫ ſtante. Dicto igiť pax
dñi ſit ſemꝑ vobiſcũ corpꝰ dñi ſuꝑ calicis patenã ponit. Exitqꝫ
ad regẽ quẽ talibꝫ aggrediť v̉bis. Ecce rex adeſt ille q̄ ꝑ te de
virgine eſt natus. in cruce paſſus ⁊ mortuus reſurrexit. celos
aſcendit. Inde venturꝰ eſt te ⁊ alios iudicare. Huic reſiſte ſi
vales. Tunc rex fidel' terre ꝓſterniť ⁊ in oibꝫ acq̄ſcit. Item
ſctũs bernardꝰ mľtos libros ⁊ vtiles ꝯpoſuit. Inſuꝑ fuit ſpi-
ritualis capellanꝰ v̉ginis marie. ⁊ ei fideliť q̄tidie ſeruiuit. Et
in ciuitate ſpirenſi ymago bt̄e v̉ginis tribꝫ vicibꝫ ei locuta eſt
qñ eã ſalutauit. Item tp̄e ſcti bernardi ſcꝫ Anno dñi M c.
xxxviij. terrã bierl'm ⁊ terrã ſanctã obtinuerũt. Tũc papa mi
ſit ſctm bernardũ abbatẽ clareuall' ꝓ reformanda pace inter
ſedẽ ap'licam ⁊ regẽ. Cõradũ terciũ qui q̄ndecim ãnis regna-
uit. ſed ad imperiũ nõ aſcẽdit. qꝛ papa fuit ſibi ꝯtrariꝰ. que re
cõciliatio in ſpira facta eſt ⁊ in franckfurt cum multis p̄ncipi
bus cruce ſignatis. ⁊ de lethoringia flandria ⁊ anglia fortiſſi-
mis pugnatoribꝫ adunatis yconiã venit. Ubi ludowicus rex
frãcie ꝑ vngariã ad eum venit. et in die diuiſionis ap'lorꝫ bie-
ruſalẽ recuꝑãtes tot infideles occiderũt q̄ vſqꝫ ad thalos in
ſanguine occiſorꝫ ambulauerũt. Sꝫ poſtmodũ ãnno dñi. M.
cc. lxxxix. ſarraceni tripoli ceperũt ⁊ deſtruxerũt. ⁊ extũc vſqꝫ
nunc totã terrã ſanctã ꝑdiderũt. Tandẽ ſcťs bernardꝰ morti
feliciť appropinquãs ait fribꝫ ſuis. Tria vobis obſeruãda re
linquo. que i ſtadio p̄ntis vite q̄ cucurri memini me ꝑ viribꝫ
obſeruaſſe. Nemini ſcandalũ facẽ volui. ⁊ ſi aliq̄ incidit cela
ui vt potui. Minꝰ ſp ſenſui meo quã alterꝰ credidi. leſus de
ledẽte nũq̄ vindictã expecij. ecce charitatẽ hũilitatẽ ⁊ paciẽ-
tiã vob̄ relinq̄. Nouiſſime cũ exterioris habitaculi vndiqꝫ iã
ſoluto cõpago deſiderãti aĩe liberũ p̄ſtaret egreſſũ ⁊c. Anno
dñi mileſimo centeſimo q̄nq̄geſimotercio ꝯſumatis diebꝫ vite
ſue ⁊ ãnis lxiij. kal' ſeptẽbris hora tercia ſedẽ ap'licã poſſidẽ-

te eugenio eiuſdē pr̄is ſancti bernardi in ſc̄ta conuerſatione filio. Regnantib9 aūt in romanoꝝ impio friderico illuſtri in francoꝝ regno piiſſimo rege ludouico filio ludouici p̄ncipatum eccl̄ie vniuerſe ac toci9 creature monarchiā tenēte dei filio ihū xp̄o hora diei tercia int̄ epoꝝ ⁊ abbatū vicinoꝝ multitudine copioſa ibi ꝯgregatoꝝ obdormiuit in dn̄o. Poſt obitū aūt ei9 dn̄s ſuā gl'iā mlt̄is manifeſtauit. Cuidā at̄ abbati in quodā mōſterio aparuit ⁊ ſe aſſeq̄ret̄ āmonuit. Qui cū ſequeret̄ dixit vir dei. Ecce ad montē libani venim9. et tu h̄ manebis. ego autē illuc aſcendā. Interrogat̄ ab eo ad q̄d vellet aſcēdere. Diſcere inquit volo. Mirat9 ille inq̄t. Quid vis diſcere pater cui nullū hodie in ſcientia credim9 ſimilē eſſe. Et ille nulla ſciētia nulla veri cognitio. Surſū ſciētie plenitudo ſurſum vere notitie veritas. et in h̄ verbo diſparuit. Ille aūt diē notauit. ⁊ tūc virū dei bernardū de corpe migraſſe īuenit.

¶ Ciuitate ſalona natale ſācti anaſtaſij martyris. hic ad cōfeſſionem agapiti exclamans magnus eſt deus chriſtianorū. non eſt alius deus p̄ter ip̄m. quare iubente aurelio impatore interemptus eſt. ci b cexxxij

¶ Octaua dei genitricis marie. Itē rome via oſtienſi natale beati thymothei martyris. qui fuit vir xp̄ian9 de antyochia ⁊ venit romam tp̄e melchiadis pape quē ſc̄tūs ſilueſter recepit hoſpicio. ⁊ eius p̄dicationē ꝯmendabat. Erat pſecutio ḡuis xp̄ianoꝝ. Cū poſtq̄ thymotheus p annū ⁊ tres mēſes rome p̄dicauerat ꝯuerteratq; mlt̄os de gētib9. detēt9 tradit9 eſt tarquinio p̄fecto. qui p fide catholica. Primo lōga carceris cuſtodia macerat9 eſt. Sc̄do ceſus trib9 vicib9. ⁊ ḡuiſſimis ſupplicijs deputatus ⁊ attrectat9. Tercio decollat9 eſt. Cui9 corpus ſanctus ſilueſter nocte rapiēs aduocato melchiade papa ⁊ alijs iuxta ſepulcrū pauli apl̄i deuote ſepelierunt. Item eodem die ſc̄ti ſymphoriani martyris tp̄e aureliani impatoris q̄ ab eraclio ꝯſulari detinet̄. ſ; cū ydol' nollet ymolare. Primo thi c cexxxiij

verberib9 eſt afflict9. Tunc ait tortori ſuo ſi pmitris me ad ſimulacrū tuū nō tm̄ nō adoro. ſed etiā malleis ꝯminuo. ꝓpter verbū carceri mācipat9 ē. ꝑus ꝑcuſſus duris verberibꝫ. Tercio decollat9 eſt. qui dū ad morte duceret̄ mat̄ ꝓpria ipm ꝯfortauit vt ꝓ pietate dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i mortē ꝓmptiſſime ſuſtieret.

mo d ccxxxiiij Natale ſācti zachei ep̄i q̄ q̄rtus ab iacobo hieroſolimoꝝ etiā chariſſime rexit. Itē apd̄ liceā ciuitatē egea natale ſc̄torū claudij aſtermeonis q̄ poſt acerba tormēta cruci affixi ſūt.

bar e ccxxxv Sācti bartholomei apl̄i. qui i lyconia ꝑmo p̄dicauit. deīn ingreſſus ē in indiā. et intrauit tēplū qd̄ ydolo aſcharoth cōſecratū ē. In q̄ ydolo demō hoies talit̄ illudebat. Rn̄ſa dabat miſeros affligebat. et dū adoraret̄ ceſſabat q̄ſi curaſſe videret̄ ſiue putaret̄. q̄ ibidē p̄dicabat fidē catholicā ⁊ ydolū deſtruxit ⁊ obmutescē fecit. Et regē polimiū cuius filiā a demonio liberauit ⁊ reginā ⁊ q̄ſi totū regnū ad xp̄m ꝯuertit. ⁊ q̄ſi oēs infirmos i templo iacētes curauit. Vn̄ pōtifices tēploꝝ ꝯmoti ad aſtragē frēm polimij venerūt cū lacrimis ⁊ dixerūt. frat̄ tu9 diſcipul9 illius ſeductoris fact9 eſt. q̄ deos nr̄os ⁊ templū deſtruxit. Tūc rex aſtrages miſit mille viros cū pōtificibꝫ ⁊ apl̄um ſibi adduxerunt. Dixitq; ei ſicut tu feciſti fratrē meū derelinqre deū ſuū. ita ego te faciā derelinq̄re deū tuū. Et cū hec loq̄ret̄ de9 ſuus waradach in fruſtra cecidit. Iubet igit̄ ꝑmo apl̄um crudelit̄ fuſtibꝫ cedi. Et ſc̄do ſic infert hiero. ⁊ beda fecit excoriari. Tercio decollari. Hui9 ſāctiſſimū corp9 ꝑmū ad inſulā lipparis. deīn bn̄uentū trāſlatū pia fidelīū veneratōe celebrat̄.

lbo f ccxxxvj Sancti lodowici regis francie. qui cū adhuc eſſet iuuenis patre defuncto pia mater eius ſepius dixit ad filiū. chariſſime fili plus te vellem mortē tempalem incurrere q̄ ꝑ aliqd̄ pctm mortale te creatorē tuū offendē. qd̄ verbū cordi eius ſic inheſerat ꝙ diuina ſe ꝓtegente gr̄a nunq̄ mortalit̄ peccauit. Cū tn̄ haberet vxores ⁊ pueros ⁊ totum regnū francie. ꝙ eſt maius regnū totius chriſtianitatis ſalubriter gubernauit. Item

ſingulis ſabbatis pauperū pedes lauit detergēs oſculabať de-
nariū tribuebat. Ceteriſqȝ diebꝫ ducētis paupibꝫ anteq̄ co-
mederet manu ꝓpria fercula in prādio ⁊ ī cena miſtrabat. Et
iugiter ꝓpe ſe tres paupes comedētes habebat cibos eoꝝ ma
nibꝫ ꝯtractos xp̄m in ſuis paupibꝫ honorandū interdū ſume
bat. Itē corpus ſuū cilicio ⁊ ieiunijs macerabat. Itē cauſas
pauperū in ebdomada bis expediuit. Itē duella nō pmiſit fie
ri. et diſcordias ⁊ lites ſedauit. Tandē infirmat⁹ felicit̄ obijt
Anno dn̄i. cc. xxx. Et ſepult⁹ eſt in francia apud ſc̄tm dyoni-
ſiū. et poſt mortē multis choruſcauit miracul'. Quidā magi-
ſter dyd noīe febre corrept⁹ a medicis deſpabať. quē ip̄e no-
cte quarte diei egritudinis plenarie reddidit ſanitati. Item
quidā puer ſubmerſus cū mortu⁹ deferet̄ vox inſonuit. vt ꝑdi
ctus puer bt̄o ludowico offerret̄ ⁊ viueret. qd̄ cū factū fuiſſet
⁊ a mr̄e ꝓpria ad eccl'iam ꝑdicatoꝝ portaret̄ ſtatim vite et ſa-
nitati ꝑſtine reſtituit̄. Itē cecis viſū. ſurdis auditū eius meri
tis deus ꝯtulit. Itē rome ſc̄toꝝ martyrū euſebij ⁊ pōciani vin
cencij ⁊ pegrini ſub cōrado impatore qui ꝓ fide xp̄i ꝑmo ī ecu
leum leuati ⁊ fuſtibꝫ ceſi. Sc̄do neruis diſtēti. Tercio flamis
circa latera eoꝝ appoſitis ſūt cruciati. Sed cū in laude xp̄i fi
deliſſimi ꝑmanerēt. Quarto plūbatis vſqȝ ad emiſſionē ſpūs
ſunt mactati. Item rome geneſij martyris tempore dyocle-
ciani. qui ꝑmo pro fide crudeliſſime eſt ceſus. Sc̄do in eculeo
ſuſpēſus. ⁊ vngulaꝝ laceratōe vexat⁹. Tercio lāpadibꝫ infla-
matus. Et cū in fide ꝑſiſteret dicēs. nō ē rex ꝑter xp̄m. ꝓ quo
ſi milleſies me occideres ip̄m mihi de corde ⁊ de ore auferre nō
poteris. Quarto coronā martyrij capitis abciſiōe ꝓmeruit.
In ciuitate pgamis ſancti alexādri martyris q̇ fuit miles lo g cc xxx vij
maximiani ceſaris. Hic a legione thebeoꝝ fidē xp̄i aſſumpſit
Et dum auguſtus ceſar medyolanū redijſſet alexādrum ſibi
iubet aſtare. blande dicēs illi ſe audiuiſſe eſſe xp̄ianū et iuſſit
menſam nitidis linthe aminibꝫ coopire ⁊ ad ſacrificandū dijs

alexādrū invitare. Qui dū nec blandis nec aſpis poſſit flecti
verbis. armatis cōſtipať militibꝫ ⁊ iubetur cogi ad ſacrifican
dum. Tūc miles xpi zelo fidei inflamatꝰ calce mēſam pcuſſit
⁊ cū ymolaticijs evertit. Ceſar igiť furore accenſus iuſſit eū
decollari. quē matrona noīe grata in ſuo pdio ſepelivit.

ruf A cccxxviij Sancti ruffi martyris. qui ducatū tenebat apud ravēna
tū. cuius filiā defunctā beatus appollinaris beati petri aplī
diſcipulus a mortuis ſuſcitavit. vñ et ipe cū vxore ⁊ filia ⁊ to
ta familia nūero trecētis. xxiiij. baptizati ſūt ī xpo. Filia pmā
ſit in vginitate. Ruffus vero accuſať ceſari. vñ meſſalinū ſuc
ceſſorē accepit. ⁊ apud capanā martyriū p noīe ihū ꝯplevit.

aug b cccxxix Auguſtini epi q ex affrica honeſtis parētibꝫ ⁊ xpianis or
tus pře patricio mře monica. In liberalibꝫ artibꝫ ſufficiēter
eruditus fuit. Grecā et latinā didicit liguam ⁊ vſqꝫ ad ſūmuz
phie pvenit. Anno vero vite ſue qſi triceſimo de roma medyo
lanū civibꝫ petētibꝫ miſſus. vbi p merita et orōnes ſancte ba
ptiſmi lotus. Tūc ambroſiꝰ in laude ſcte trinitatis cecinit di
cens. Te deū laudamꝰ. te dñm ꝯfitemur. Et auguſtinꝰ adie
cit dicēs. Te eternū přem oīs terra venerať. Sicqꝫ totū hym
nū in laudē dei edīderūt. Ambroſio pmū verſum ⁊ auguſtino
ſcdm dicēte. Porro auguſtinꝰ vltimū dixit. In te dñe ſpera
vi nō cōfundar in eternū. Mater vero auguſtini ait. plꝰ te
diligo noſcere creatorē tuū ꝙ te mūdi imperatorē eſſe. Hic au
guſtinꝰ in oībus actibꝫ ſuis mediū tenebat. et mltas inſidias
ab hereticis paſſus eſt. ita ſuis publice pdicarēt nō eſſe pec
catū interficē auguſtinū. huic hieronimꝰ mltas eplas ſcripſit
⁊ multas ab eo recepit. Beatus valeriꝰ ab epatu ceſſit. ⁊ au
guſtinꝰ ꝯpulſus eidē vivēti ſucceſſit. Factus aūt eps oībꝫ ec
cleſijs ad quas vocabať. pdicabat ⁊ mltos ab errore ꝯvertit.
tātaqꝫ ab eo dicta ⁊ expoſita ſūt. vt oīa vix legere vł noſcere
qs ſufficiat. dño inocētio pmo. ⁊ dño bonifacio ⁊ dño celeſti
no qui epatū romanū tpe ſuo tenebāt familiaris fuit. et inter

optimos magiſtros habebat. qui multos ſermones de greco trãſtulit in latinũ. ⁊ multos libros utiles xpianitati ex inſtinctu ſpũſcti ſcripſit ⁊ ↄpleuit. Et numerus librorum tractatuũ ⁊ epl'arũ eius plus ꝙ mille triginta fuiſſe dicunt. Veſtis eius ⁊ calciamẽta ac lectualia ex modico ⁊ ↄpetenti habitu erãt nec nimiũ nitida nec plurimũ abiecta. Menſa uſus eſt fragili et parca. que interdũ etiã carnes ↄtinebat ꝓpter infirmos ⁊ hoſpites. migrauit aũt ad dñm ihm xpm ãno ſeptuageſimo ſexto etatis ſue. epatus vero q̃drageſimoq̃nto cũ gl'ia ĩ ciuitate yponenſi ẽ ſepult⁹. Poſt hec cũ barbara gens illã terrã occupaſſꝫ. ⁊ loca ſacra prophanauerat corp⁹ ſcti auguſtini doctoris a fidelib⁹ ĩ ſardiniã eſt ꝑlatũ. Trãſactis aũt a die obit⁹ ſui ducẽtis octoginta ãnis deuot⁹ lombardorũ rex. audiẽs ſardiniã a ſarracenis depopulatã. miſit nũctios ⁊ magno dato ꝑcio iuſſit corp⁹ ſcti auguſtini ferri in papiã. ſicqꝫ cũ gloria papie eſt delatũ ⁊ ſepultũ in eccl'ia ſancti petri que celũ aureũ dicit.

Decollatio ſancti iohãnis baptiſte. que quidẽ hoc mõ facta eſt. nam ut habet ĩ hyſtoria ſcolaſtica. herodes antipas filius magni herodis romã ꝓficiens ad fratrẽ ſuum philippũ. trãſiens cum herodiade uxore philippi ⁊ ſcdm ioſephũ ſorore herodis agrippe ſecrete pepigit ꝙ in reditu ſuo uxorẽ repudiaret ⁊ ipſam in cõiugem duceret. Qd̃ uxorẽ ſuam ſcꝫ filiam arethe regis damaſcenorum minime latuit. ⁊ ideo nõ expectato viri reditu ad patrẽ citius feſtinauit. Rediens aũt herodes herodiadẽ philippo in ſui inimiciciã cõcitauit. Johãnes aũt poſtꝙ dñm ihm xpm in iordane baptizauit. ⁊ ei teſtimonium reddidit corã ſcribis ⁊ phariſeis dicens. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mũdi. arguebat herodẽ de hoc qm̃ ſcdm legem quã receperat fratris ſui uxorẽ ipo uiuẽte ſibi minime habere licuit. Vidẽs herodes ꝙ iohẽs eũ tam dure ſup hec redargueret timebat eum. ſciẽs eũ virũ ſctm ⁊ iuſtũ. Et q2 ꝑ ꝑdicationẽ ⁊ baptiſmũ ſcdm ioſephũ magnũ populum ↄgregaret ⁊ col c ccxl

magna multitudo populi ipm ſequebať vinculauit eū in car-
cere. et fingebat ſe eū libēter audire ſed falſe. quia vxori pla-
cere cupiens ⁊ ppli ſubſequētis iohēm diſpendiū ꝑtimeſcens
ipm occidere voluit ſ; pplm timuit. De hoc carcere iohānes
duos ex diſcipulis ſuis miſit ad dnm ihm. Et dns ihs in con-
ſpectu ppli et diſcipuloꝝ cecis dedit viſum. claudis greſſum.
ſurdis auditū. leproſos mūdauit. mortuos ſuſcitauit et dixit.
Ite renunciate iohāni que audiſtis ⁊ vidiſtis. Et poſt receſ-
ſum diſcipuloꝝ iohānis. Chriſtus dixit ad pplm. Inter na-
tos mulierū nō ſurrexit maior iohāne baptiſta. Deſiderabāt
ergo herodias pariter ⁊ herodes occaſionē aliq̄ꝫ inuenire vt
iohānem occidere poſſent. Videnť ḡ inter ſe ſecreto cōdixiſſe
vt herodes natal ſui diē corā primis galilee ſuiſqꝫ pncipalib9
celebraret. ⁊ puelle ſaltāti filie herodiadis quicq̄d pecierit ſe
ſibi daturū iuramēto firmaret. et ipa caput iohis petente cū
illud ſibi ꝓpť iuramentū factū tribuere oporteret. ſed de iura
mēto facto ſe cōtriſtari ſimularet. Nō eñ hanc verſuciā ⁊ ſi-
mulationē habuerit videť innui i hyſtoria ſcolaſtica. vbi ſic di
citur. Credibile eſt q herodes cū vxore de nece iohis ſub tali
occaſiōe faciēda prius ſecreto tractauerit. Itē hieronim9 in
gloſa. Ideo forte iurauit vt occaſionē inueniret occidēdi. nā
ſi illa pris aut mris interitū poſtulaſſet herodes vtiqꝫ nō con-
ſenſiſſet. Ordinato ḡ ꝯuiuio puella adeſt corā oib9 ſaltās pla
cet cūctis ſe ſibi quicq̄d pecierit daturū ſe iurat. a mre pmo-
nita caput iohis expoſtulat. Sꝫ verſipell herodes ꝓpter iuſ-
iurandū ſe ꝯtriſtatū ſimulauit. eo q vt dicit rabanus temere
iuraſſet q ea facere oporteret. ſed triſticiā pferebat i facie cū
leticiā habuerit i mēte. Excuſat ſcelus iuramēto vt ſub actio
ne pietatis impius fieret. Igiť ſpiculator mittiť caput iohis
precidiť. puelle datur et puella matri adultere pntať. Corp9
vero iohānis abſtulerūt diſcipuli eius ⁊ ſepelierūt ſebaſte vr-
be paleſtine. Nam iohānes āno pcedente paſſione chriſti de-

collatus eſt. Et quãuis iohannes baptiſta ab vtero m̃ris ſue
ſctũs fuerit. ⁊ nulli vnq̃ nocuit. multos tñ habuit pſecutores.
Nã herodes voluit eũ occidẽ. herodias ſibi inſidiabat̃. filia
eius caput ſuũ peciit. ſpiculator miſſus eſt q̃ caput ſuũ p̃ſcidit
Et decollatio ei⁹ fuit cũ magna ſui deuotõe. ⁊ dũ decollari de-
beret deo ſe deuote recõmendauit dicẽs. dñe deus me⁹ tibi cõ-
mendo ſpm̃ meũ Et q² iam p̃dicti iohẽm male tractauerũt.
Ideo ipi male a deo tractati ſũt. Herodes eñ male tractat⁹
fuit. q² in exiliũ miſſus. ⁊ ibi miſerabilit̃ mortuus eſt. Hero-
dias etiã male tractata eſt. q² cũ caput iohis in manu teneret
diuino iudicio in ei⁹ faciẽ ſufflauit ⁊ illa ſubita morte corruit
Filia herodiadis fuit male tractata. q² fuit in aq̃s ſubmerſa.
dum eñ ſup glaciẽ ludẽdo diſcurreret ſubito ſub pedib⁹ eius
frangit̃ glacies. ⁊ illa i aq̃s miſerabilit̃ ſuffocat̃. Itẽ ſcẽe ſabi
ne virginis que ſub adriano impatore gladio pcuſſa eſt.
Sanctoꝝ felicis ⁊ audacti martyrũ. qui rome ſub dyocle- anc d ccxlj
ciano martyriũ ꝯpleuerũt. Nam iſte ſctũs felix p̃ſbiter fuit ⁊
ductus ad ydolũ ſeraphis exufflauit in illud ⁊ corruit in mo-
mento. Ductuſq̃ fuit ad ſtatuas mercurij ⁊ dyane in quas
inflãs in terrã deiecit. Vñ i eculeo torquet̃ ⁊ iubet̃ ꝓdere ma
leficia qb⁹ h̃ parauerat. Sed ſctũs felix hec bñficia teſtat̃ eſſe
dei. Ducit̃ deinde in viam oſtiẽſem. vbi arbor altiſſima erat de-
monib⁹ ꝯſecrata. et templũ iuxta illã qd ad mandatũ ſcti ſta-
tim corruit ⁊ templũ cũ ſimulacro euertit. Vñ iuſſus eſt decol
lari. et corp⁹ eius inhumatũ lupis ⁊ canib⁹ derelinqui. Cũq̃
ſctũs felix duceret̃ ad decollandũ quidã xp̃ianus cucurrit cla
mans poſt eũ in audiẽtia ppl̃i dicẽs. Hui⁹ p̃ſbiteri deũ ⁊ ego
cõfiteor eſſe deũ meũ ſaluatorẽ mundi. Decollat⁹ eſt ergo pa-
riter cũ illo. ⁊ q² nomẽ eius incognitũ erat. eſt a fidelib⁹ voca
tus audactus eo q̃ ſancto felici auctus fuerit in coronam.
Sancti ariſtides atheniẽſis viri fide ſapiẽtia moribꝰ virtu- ti c ccxlij
tib⁹ p̃clariſſimi qui adriano impatori ⁊ de religiõe xp̃iana li-

dros obtulit. et q̄ dñs ihs xp̄s ſolus verꝰ deus eſſet corã ipſo impatore ⁊ pluribꝫ pñtibꝫ luculẽtiſſime ꝓbauit. multis illud probãs teſtimonijs ꝓphetaꝝ. qui fideliter deo ſeruiuit ⁊ feliciter obijt. Item treueris ſancti paulini epi̅ et confeſſoris. qui tp̄e arriane infeſtatõis a cõſtancio impatore ob catholicã fidem vſqꝫ ad mortẽ varijs exilijs fatigatus. tandẽ apud frigiã beate paſſionis coronam ꝑcepit a dño.

## September.

E f cc xliij Sancti Egidij abbatis. qui ex nobili ꝓſapiá grecoꝝ ortus apud athenas patre theodoro matre pelagia. qui erant ex ſtirpe regia ⁊ xp̄ianiſſimã ducebãt vitam. hic ſacris litteris ab infancia eruditꝰ. dum ip̄e bone indolis deo deuotiſſime deſeruiret. multa ꝑ ip̄m fiebãt miracula. Nam dum quodã die ad eccl̄iam ꝑgeret. cuidã egroto in platea iacẽti et elemoſynã petẽti tunicã ſuã tribuit. qua indutꝰ integrã ſanitatẽ recepit. Poſt hec parẽtibꝫ ſuis in dño quieſcẽtibꝫ patrimonij ſui xp̄m fecit heredẽ. Quadã etiã die dũ ab eccl̄ia rediret. vir quidã a quodã ſerpente ꝑcuſſus eidem obuius fuit. Sꝫ oꝛ̃one fuſa egidiꝰ ꝓtinꝰ virus fugauit. Itẽ triẽnio febricitãtẽ curauit. Itẽ ſterilitatẽ t̄re meritis ſuis fugauit. Deĩn periculũ hũane laudis timẽs i interiorẽ heremũ adijt. vbi quãdã antrũ ⁊ fontẽ repiẽs vbi herbis ⁊ aqua cõtentꝰ. Dñs etiã ſicut paulũ ꝑ coruũ. ita eũ ꝑ ceruã pauit. q̄ certis horis lactis alimoniã ſibi dedit. ⁊ ſignũ huiꝰ frequẽter depingit̃ cũ cerua. Tandẽ venatoribꝫ flauij regis gothoꝝ inſiſtentibꝫ cerua ad virũ dei q̄ſi auxiliũ petẽs venit. ſed ſeruo dei orãte canes eum nõ appropinq̄bãt ſꝫ ad venatores redibũt. Quo cognito rex ad ſiluã intrauit. vnus aũt de ſeruis ſagittã miſit ceruã ledere voluit ſancto egidio añ ſpeluncã orãti magnũ vulnus intulit. Quod vir ſanctus vt nunq̄ ſanaretur orauit. Quod factum cum rex compit virum dei adijt pedibꝫ eius ſe ꝓuoluit veniã de leſione pecijt ⁊ obtinuit ⁊ oꝛ̃onibꝫ eiꝰ ſe cõmiſit. Tandem

monaſteriū in eodē loco edificauit ⁊ ſanctū egidiū eis in ab-
batē pfecit. Interea karolus rex francoꝝ oꝛōnibꝫ ſancti egi
dij ſe ꝯmendans. inter cetera pctā ſua vnū neſcio qđ turpe in
cōfeſſione celauit qđ etiā alicui reuelare auſus non fuit. vnde
ſctm egidiū rogauit vt ꝓ eo dn̄m rogaret. Sed i ꝓxima dn̄i-
ca ſequēti angel⁹ dn̄i ſancto egidio in canone apparuit pec-
catum a karolo celatū fuit in carta ſcriptum enodauit. eiqꝫ di
miſſum egidij pcibꝫ intimauit. Fuitqꝫ ibidē ſcriptū vt quiſqꝫ
ſctm egidiū ꝓ quocūqꝫ ꝯmiſſo inuocaret ſi tn̄ ab illis ⁊ ſimi-
libꝫ deſiſtere ꝓponeret meritis ſcti egidij ſibi remiſſum a dn̄o
nō dubitaret. Tandē dn̄s diem obitus ſui imminere ſibi p ſpiri
tum reuelauit. qđ ille fratribꝫ ſuis indicans ⁊ ꝓ ſe oꝛare ro-
gans in dn̄o feliciter obdoꝛmiuit. vbi choꝛos angeloꝝ ei⁹ ani
mā in celū ferenciū plurimi ſe audiuiſſe teſtati ſunt. Claruit
aūt ſctūs egidius circa ānos dn̄i cc. Itē ſenonis bti lupi epi
⁊ ꝯfeſſoꝛis de quo referē. quia quodā die dū ſtaret pn̄te clero
in ſacris altaribꝫ lapſa eſt celitus gemma in eius ſcto calice.

Sancti anthonij martyris. qui crudelr̄ in multas partes ſectus. moꝛ diuina vtute integer inuent⁹ eſt. poſtmodū finaliter ꝯbuſt⁹ ꝓ fide catholica. Itē natale ſcti Juſti lugdunēſis epi mire ſctitatis ⁊ ꝓphetici ſpūs viri. qui apud egyptū quidē obijt. ſꝫ coꝛp⁹ eius cū oſſibꝫ bti viatoꝛis miſtri ei⁹ a religioſis ciuibꝫ lugdunē. relata ⁊ omi digno cultu i baſilica ſūt ꝯdita. gi g cclxiiij

Sancti māſueti epi. qui miſſus a beato petro in galiā ve-nit. ⁊ ibi xp̄m p̄dicauit ⁊ reginā ꝯuertit ad fidē. Manſit aūt vir dei in tuguria ꝓpe vrbem in ſolitudine. ad quē ſepe a rege agitate cucurrerūt vt eos canes nō lederēt. Ob hoc eum rex occidiſſet niſi ei deus reſtitiſſet. Tūc accidit factū lamētabile vt vnicus filius regis de alto muro caderet in moſſellā fluuiū ſuffocatuſqꝫ inueniri nō poterat. Poſt infinitos planct⁹ ſanctus ep̄us apparuit regine dicēs. ſi rex ad fidē cōuerti vellet filiū rehaberet. Que vigilās viſum regi narrauit. Tunc rex di A cclv

mane facto. miſit ꝑ manſueto ep̄o. et cum omni pp̄lo ad locū
mortis pueri ꝑuenit. Tūc ſe ep̄s in oratione ꝓſtrauit. et ecce
pueri corp⁹ ſup aquas apparuit cū īmenſo gaudio tollit. et ꝑ
orōne ſcti ep̄i reſuſcitat. Tūc rex ⁊ regina ⁊ uniuerſus pp̄ls de-
uote baptiſāt. et ydola deſtruunt. Sanctū manſuetū ſibi ep̄m
faciūt. qui fidelit pp̄lo ꝓfuit ⁊ feliciter obijt. Itē ſcti magni.

viij b ccxlvj Rome ſancte Seropie virginis paſſio ſub adriano pnci-
pe q̄ ꝓpter ſeruandā xp̄o v̄ginitatē. Primo tradita ē duob
laſciuis viris q̄ minime potuer̄t eā violare. Scd̄o iuſſu p̄ſidis
fuſtib ceſa ē. Tercio ardētib lāpadib inflamata. Quarto
decollata. hui⁹ dies paſſionis iiij. kal. auguſti. ſepultura aūt
eiuſdē i p̄nti habet qn̄ ⁊ meoria martyrij ipi⁹ celebrior agit.

ſep c ccxlvij Cabilonis ſancti marcelli martyris qui a p̄ſide priſco cum
ad ꝓphanū ꝯuiuiū fuiſſet inuitatus et huiuſmodi epulas exe-
crans. om̄es qui aderant cur ydolis deſeruiret libera increpa-
tione corriperet. Preſes iuſſit eum erectū defodi cingulatim
in terram. Hic ſanctus martyr tercia die in dei timore ⁊ lau-
dib ꝑſeuerans tradidit ſpiritum.

vs d ccxlviij Rome b̄ti victorini martyris. qui ſc̄titate ⁊ miracul p̄cla
rus ſacerdociū a nutronine vrbis toci⁹ pp̄li electōe eſt acept⁹
poſtea ſub imperatore Nerua iuſſus eſt ſuſpēdi capite deorſum
in loco vbi bulie̅tes et ſulfure emanant aque. Qd̄ cum ꝑ tri-
duum pro xp̄i noīe paſſus fuiſſet glorioſe coronat⁹ migrauit
ad dn̄m. Item in affrica paſſio beati leci ep̄i. qui fuit vir ſtre-
nuus atq doctiſſimus. hic poſt diuturnos carceris ſqualores
incendio cōcrematus eſt.

vet e ccxlix Sancte regine virginis. que ſub cōſule olibrio ꝓpter fidē
Primo in eculeo eſt ſuſpenſa ⁊ torta. Secūdo carcere diu re-
cluſa. Tercio lampadarū ꝑpeſſa ſupplicia. Quarto eſt trun-
cata capite. Item apud nycomediā beati iohānis martyris.
Hic nimio calore fidei ignitus librum in quo continebantur
crudelia edicta aduerſus chriſtianos iniecta manu detraxit.

ac diſcerpſit. Cumq; relatū eēt dyocleciano ꝛ maximiano au
guſtis in eadē vrbe ꝯſtitutis nimia crudelitate ſeuiētes oīa
ſuplicioꝝ genera iuſſerūt expendi in eum. que vir nobiliſſim⁹
cum tāta alacritate vultus et ſpūs ꝑtulit. vt nec quidē triſtis
pro hijs videri potuiſſet. Itē ciuitate aurelia depoſitio ſancti
euorcij epi ꝛ ꝯfeſſoris. qui vt ei⁹ geſta teſtant̄. Primo ſancte
romane eccleſie ſubdyacon⁹. deinde diuino munere p colum
bam ē deſignatus pontifex ꝑfate vrbis.

Natiuitas beatiſſime dei genitricis ꝟginis marie · nat f ccl.
que gaudium annūciauit vniuerſo mundo. Ideo
cū iocūditate hanc natiuitatē vniuerſalis eccl'ia
hanc deuotiſſime celebrat. quia lux orta eſt iuſtis
ꝛ leticia rectis corde. Maria eñ eſt a mūdi exordio ꝑnotata
in fine ſeculoꝝ eſt mūdo data. Nam ſeptuaginta tres ſicut lu
cas refert genealogie ab adā vſq; ad mariā deſcēderūt. Quā
natiuitatē btūs hieronim⁹ vt in ꝓlogo refert adoleſcētib⁹ in
quodā libello legit. ſed poſt multū temp⁹ vt ſe ibidē recolit.
rogat⁹ in hec ūba ſcripſit. Joachim nāq; ex galilea ciuitate
nazareth ſanctā annā ex bethleē duxit vxorē. Erāt aūt ābo
iuſti ꝛ ſine deꝑhenſiōe. in oīb⁹ mādatis dñi incedebāt. oēmq;
ſubſtātiā triharie diuidebāt. vnā partē tēplo ꝛ tēpli ſeruito
rib⁹ impēdebāt. Aliā ꝑegrinis ꝛ paupib⁹ erogabant. Terciā
ſibi ꝛ familie ſeruiebāt. ꝛ ita ꝑ viginti ānos ꝓlē ex ꝯiugio nō
hñtes vouerūt dño. q̄ ſi eis ſobolē ꝯcedēt. eā ſuicio dñi māci
parēt. Cui⁹ rei grā cū ſingul' ānis i trib⁹ feſtis ꝑcipuis hieru
ſalē frequētarēt. In feſto encenioꝝ ioachim cū tribulib⁹ ſuis
hierl'm aſcēdit. Et cū ad altare cū ceteris aſcēderet oblatio
nē ſuā offerre voluit. quē vidēs ſacerdos yſachar cū indigna
tōe nimia eū repulit. ꝛ cur ad altare dei accedē ꝑſumeret in
crepauit. aſſerēs nō eſſe ꝯueniēs maledicto legis obnoxiū ob
latōez dño legis offerre. nec int̄ fecūdos i fecūdū. ꝛ q̄ ppl'm dei
ñ auxit ſtare. Joachiz ſic ꝯfuſus ꝑ pudore domū redire noluit

ne ſimiliter a ꝯtribunalibꝫ qui hoc audierāt tanꝙ̄ opprobriū ſuſtineret. Recedēs g̃ ad paſtores ſuos. et cū ibidē aliquādiu fuiſſet ſcꝫ qnqꝫ mēſes. quadā die ei ſoli āgelus cū magna claritate apparuit et de eius viſione turbatū ne timeret amonuit dicens. Ego ſum angelus dñi ad te miſſus vt anunciē preces tuas exauditas eſſe. et elemoſinas tuas in ꝯſpectu dñi aſcendiſſe. Vidi enī pudorē tuū et audiui ſterilitatis opprobriū nō recte tibi obiectū. peccati quidē non nature vltor eſt deus. Et ideo cū alicuius vterū claudit ad hoc facit vt mirabiliꝰ denuo aperiat. et nō libidinis eſt qđ naſcit̄. ſed diuini fore muneris cognoſcat̄. Prima gentis vr̄e ſara. Nōne vſqꝫ ad nonageſimū annū opprobriū pertulit ſterilitatis. ⁊ tñ yſaac cui repromiſſio erat bñdictio oīm gentiū generauit. rachael nōne diu ſterilis fuit. et tñ ioſeph genuit q̄ totiꝰ egypti dominiū tenuit. Quis fortior ſampſone. ſāctior ſamuele. et tñ ambo ſteriles mr̄es habuerūt. rōni g̃ ⁊ exēplis crede dilatos diu cōceptus ⁊ ſteriles partꝰ mirabiliores eſſe ſolēt. Inde anna vxor tua pariet tibi filiā ⁊ vocabis nomē eius mariam. hec vt nouiſti erit ab infantia dño cōſecrata adhuc in vtero mr̄is ſue ſpūſancto plena. Nec forinſecꝰ inter populares. ſꝫ in templo dñi ſemp̄ morabit̄. ne q̄s aliqđ ſiniſtrū de ea ſuſpicet̄. Et ſicut ipa ex ſterili mr̄e naſcet̄. ita mirabilit̄ ex ea altiſſimi filius generabit̄. cuius nomē erit ihs. quia p̄ eū oībꝫ gētibꝫ erit ſalus. Et tibi ſit ſignū cū veneris ad aureā portā ciuitatis hierlm. Annam vxorē tuā obuiā habebis. que de tua tardatōe mō ſolicita eſt. tunc in ꝯſpectu tuo gaudebit. Hijs dictis angelus ab eo diſceſſit. Anna aūt cū amare fleret. ⁊ q̄ vir ſuꝰ iuiſſet ignoraret eidē angelus apparuit. ⁊ ſibi eadē que viro nūciauerat nunciauit. et patefecit addens vt ꝓ ſigno hierlm ad aureā portam p̱geret. et ibidē viro ſuo redeūte obuiaret. Ideo iuxta angeli preceptū ambo obuiātes inuicē de viſione mutua letati. et de prole ꝓmiſſa ſecuri adorato dño domū redierunt. diuinū pro-

miſſum hylarit expectãtes. Anna ergo cõcepit ⁊ nouẽ men-
ſibꝫ expletis pepit filiã et vocauit nomẽ eius mariã. Cõpleto
ergo ꝑ triẽniũ ablactatõis tpe ad templũ ṽginẽ cũ oblationi-
bus adduxerũt. Erat aũt circa templũ iuxta q̃ndecim graduũ
pſalmos q̃ndecim g̃dus aſcẽſionis. Nancꝫ templũ in monte
erat. altare holocauſti forinſecꝰ erat. ⁊ adiri nõ poterat niſi ꝑ
gradꝰ. In hoꝝ itacꝫ nouiſſimo ṽgo ↄſtituta cũctos ſine ali-
cuius adiutorio ita ↄſcẽdit. ac ſi iam etatis ꝑfecta eſſet. Per
acta ĝ oblatõe filiã in templo cũ alijs dimittẽtes virginibꝫ ad
ꝓpria redierũt. Virgo aũt q̃tidie in dei ſcĩficatõe ꝑficiẽs ab
angelis viſitabat̃. ⁊ viſione diuina omĩ die fruebat̃. Quarto-
decimo aũt etatis ſue ãno põtifex tẽpli publice nũciauit vt vir-
gines q̃ in tẽplo ↄſtituebant̃ ⁊ etatis tempus impleuiſſent do-
mũ reuerterent̃ ⁊ viris legittimis iungerent̃. Cuius mãdato
cũ oẽs paruiſſent ſola ṽgo h̃ facere non poſſe rñdit. Tum qꝛ
parẽtes ſui eã domi in ſ̃uicio mãcipaſſẽt. Tũ qꝛ ṽginitatẽ ſuã
dño vouiſſet. Tũc anxiatꝰ põtifex eo ꝙ ↄtra ſcripturã q̃ dicit
vouete ⁊ reddite votũ inſtingendũ putaret. Nec morẽ genti
incõſuetũ introducere auderet. Iudeo ad iminentẽ feſtiuitatẽ
iudeorũ ſenioribꝫ cõuocatis oĩm hec vna fuit ſentẽtia vt in re
tam dubia dñi ↄſiliũ q̃rerẽt. Cũ aũt om̃es orõni inſiſterẽt põ
tifex ad cõſulendũ dñm acceſſit. Vox de loco oratorij cũctis
audientibꝫ vox inſonuit dicens. vt quicũqꝫ de domo dauid nu
pcijs cõiugati nõ eſſent ſinguli virgas ſingulas ad altare de-
ferrẽt ⁊ cuiuſcũqꝫ virga germinaſſent. ⁊ in eius cacumẽ ſcd̃m
yſaie vaticiniũ ſpũſſanctꝰ in colũbe ſpecie viſus eſſet vel cõſe-
diſſet ꝓcul dubio ipe eſſet cui virgo deſponſari deberet. Erat
eĩm iter ceteros ioſeph de domo. cui cũ incõgruũ videret̃ ſi vir
tam ꝑfecte etatis tã tenerã duceret virginẽ in vxorẽ. Ceteris
virgas ſuas offerentibꝫ ſolus ipſe virgã ſuam ſubtraxit. vnde
cum diuine volũtatis nihil appareret põtifex iterato dñm cõ
ſuluit. Cui rñſum eſt ꝙ ſolus ille virgã ſuam non attulit cui

virgo deſponſari deberet. Prodiitus itaqȝ ioſeph cum virgā
ſuā attuliſſet ⁊ florē illico germinaſſet. ⁊ in eiꝰ cacumē colum
ba de celo veniens cōſcenderet liquido oīb⁹ patuit. ipſi virgi
nem fore deſponſandā. Deſpōſata ergo v̄gine ioſeph ipſe qui-
dem bethleem ciuitatē ſuam reſedit domū ſuam diſpoſiturus.
⁊ nupcijs necaſſaria ꝓuiſurꝰ. Virgo aūt maria cum ſeptē vir
ginibus coetanijs ſuis quas ob oſtenſionē miraculi a ſacerdo
te accepat ad domum parentū in nazareth reuerſa eſt. In die
bus autē illis illi oranti angelus dei gabriel ei apparuit. ⁊ de
ea filiū dei naſciturū nunciauit. vt lucas teſtat᷑ dicēs. Miſ-
ſus eſt angelus gabriel. Item ſācti adriani martyris cū alijs
vigintitrib⁹ quos a maximiano apud nycomediā incarcera-
tos ꝓ chriſto. cum imꝑator vidiſſet eos conſtantes ⁊ hylares
iuſſit eos ſcd̄o in eculeo extenſos neruis crudis cedi. Tercio
ora eoꝝ lapidib⁹ contūdi. Quarto linguas p̄ſcidi. Et inter-
rogauit ſanctos quid pro hijs tormētis p̄mij expectarēt. Re-
ſponderūt ſancti. Qd̄ oculus non vidit nec auris audiuit nec
in cor hoīs aſcēdit que p̄parauit deus diligētibus ſe. Maxi-
mianus vidēs eos irreuocabiles. Quinto iuſſit ꝯfringi cru-
ra eoꝝ. ⁊ ſic in dn̄o obierunt. corpa vero eoꝝ iuſſit ignib⁹ cō
ſumi. Sed ſubito facta ſunt fulgura ⁊ pluuie. et extinctus eſt
ignis. ⁊ de tortorib⁹ plures flama conſumpti ſunt. Chriſtiani
vero rapiētes corpa ſanctoꝝ ſepelierūt cum ſolēnitate.

gor g cclj ¶ Apud nycomediā paſſio ſanctorum marthyrū dorothei ⁊
gorgonij. qui p̄ſente dyocleciano cum pſecutionem quā chri
ſtianis inferebat deteſtarent᷑. iuſſi ſunt ſuſpendi et flagris to-
to corpe laniari. ⁊ in viſcerib⁹ pelle nudatis aceto ⁊ ſale per-
fundi. ſicqȝ in craticula aſſari atqȝ ad vltimū laqueo necari.
Interiecto autē tempore beatus gorgonius romā tranſlatꝰ
eſt poſituſqȝ via latina.

gon A cclij ¶ Sancti iaccincti martyris qui tortori ſuo predixit ho-
die coluber te comedet Ignis vero et aqua quib⁹ me puniri

feciſti nihil mihi nocebunt. Tortori per guttur coluber intra-
uit. ⁊ ſic miſer obijt. Jacinct⁹ ignē ⁊ aquā euadens decollat̄.
Item in calcidonia. Soſtenis ⁊ victoris martyꝝ. qui ob fidei
conſtantiā ſub priſco cōſule carcerē vincula ⁊ beſtias ſuperā-
tes. tandē in oratione vocati de celo ſpm̄ emiſerūt.

¶ Rome via ſalaria veteri natale ſc̄toꝝ martyrū prothi et | pro b cclviij
iacincti eunuchoꝝ. q̄ ſub galieno imꝑtore cū eſſent chriſtiani
dep̄hensi cogunt̄ ſacrificare. ſed nō ꝯſentientes. Primo diu-
tiſſime verberant̄. poſtea parit̄ decollati ſūt. Itē ſc̄toꝝ marty-
rū felicis ⁊ regule quoꝝ inq̄ſitores cecitate ꝑcuſſi ſūt donec ſe
mutuo ꝯſolarent̄ ⁊ coartent̄ ad martyriū. Poſt h̄ ipis captis
nō carcer nec rota nec ſartago nec plumbū infuſū ꝑualuit tan
dem decollant̄. Decollati vero capita eoꝝ ad locū ſepulture
quadraginta cubitoꝝ ſpacio ꝓprijs manib⁹ detulerūt.

¶ Apud vrbē tycinū ſc̄toꝝ ep̄oꝝ et ꝯfeſſoꝝ Syri ⁊ euencij. | ia c cclviij
qui a b̄to hermogoro ad p̄fatā vrbē directi. Primo illic x̄pi
euangeliū p̄dicantes ⁊ magnis v̄tutib⁹ ac miracul' choruſcā-
tes. etiā vicinas vrbes diuinis opib⁹ illuſtrauerūt. ſicq̄ in pō
tificali honore glo͛ſo fine q̄euerūt. Itē ſancte eugenie v̄ginis
quā nicerius p̄fectus iubet ad templū duci dyane qđ templū
ſtatim corruit cū ydolo. ⁊ ipa ſaxo in collo ligato in tyberi di
mergit̄ ſaxū dirūpit̄ ⁊ v̄go ſedebat ſup aq̄s. Sc̄do in fornacē
ardentē. mittit̄ ⁊ ignis extinguit̄. Tercio ſine cibo dieb⁹ decē
cuſtodit̄. ib̄s x̄ps ei apparuit ⁊ pane celeſti nutriuit. Quar-
to gladio ꝯſumit̄. ⁊ via latina i ſuo p̄dio ſepelit̄. poſt ſc̄tiſſime
matri claudie flēti apparuit induta auro veſte texta. Dixitq̄
ei. Gaude ⁊ letare. q͛ die dn̄ico recipieris a x̄po qđ factū eſt.

¶ Sancti venerij ſacerdotis nobilit̄ orti. qui in inſula thyri | ci d cclx
ſolitariā duxit vitā ⁊ ibidē puerū ſubmerſum orādo vite reſti-
tuit. ⁊ m̄ltos a lāguorib⁹ ⁊ alijs defectib⁹ curauit. et ſic i dn̄o
felicit̄ obijt. Itē ſc̄ti materni. Itē apud egyptū ciuitate alex-
andrie b̄ti philippi ep̄i p̄ris ſc̄te eugenie v̄ginis hic dignita-

tem p̄fecture deſerēs et baptiſmi grām adipiſcēs. ep̄atus honorem poſtmodū aſſecutus eſt. quem in orōne cōſtitutū iuſſit perhēnius p̄fectus gladio iugulari voluſiani ⁊ galieni imperatoꝝ tempoꝛibꝫ.

crux e cclvj Exaltatio ſancte crucis dicitˀ eo. quia tali die fides et ſcta crux plurimum exaltata fuit. Notandū q̄ ante xp̄i paſſionē lignū crucis fuit lignū vilitatis. qꝛ cruces vilibꝫ lignis parabanť. infructuoſitis. qꝛ q̄ntumcunqꝫ in mōte caluarie plantaretur fructū tn̄ minime faciebat. Jgnobilitatis, quia erat ſuppliciū latronū. Tenebroſitatis. qꝛ tenebroſum ⁊ ſine oīni decore erat. mortis qꝛ ibi hoīes morti tradebanť. Fetoris qꝛ in medio cadauerū plantabať. poſt paſſionē vero dn̄i fuit multipliciť exaltata. qꝛ vilitas trāſiuit ī p̄cioſitatē. Vn̄ dixit andreas. ſalue crux p̄cioſa. Jnfructuoſitas ī vertilitatē. Cañ. ſeptimo. Aſcendā in palmā ⁊ app̄hendā fructum ei⁹. Jgnobilitas in ſublimitatē. Aug⁹. Crux que erat ſuppliciū latronū. trāſit ad frōtes imꝑatoꝝ. Tenebroſitas in claritatē. Criſo. Crux ⁊ cicatrices radijs ſolis in iudicio erūt lucidiores. Mors iniuit ꝑpetuitatē. Vn̄ cantať vt vn̄ mors oriebať inde vita reſurgēt. Fetor in odorē ſuauitatis. Cañ. ij. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus. id eſt crux dedit odorē ſuū. Jtē rome ſcōꝝ cornelij pape. qui iuſſu decij cum clero ſuo apud centū cellas exulať. Ad quē mlťi xp̄iani veniebāt inter q̄s cyprian⁹ ep̄s ſcripſit ei de lerino lectore q̄ multa ſuſtinuit pro xp̄o. Tūc corneli⁹ a decio reuocať. Et p̄mo os ei⁹ plūbatis cediť ⁊ duciť ad templū martis. q̄ dū in faciē martis ſpueret decollat⁹ eſt. Jtē in affrica cypriani ep̄i qui ſub valeriano p̄ncipe p⁹ longū exiliū detrūcatōe capitis martyriū ꝯſumauit.

nic f cclvij ¶ Octaue virginis glorioſe. Jtē rome via numētana natale beati nycomedis martyris et p̄ſbiteri eccl̄ie romane. Qui corpus ſcē felicule virginis ⁊ martyris honorifice ſepeliuit. Qui ſub domiciano imꝑatore cū diceret ꝯpellentibꝫ ſe ſacri-

ficare. Ego nō ſacrifico niſi deo omnipotēti q̄ regnat ī celis. plū
batis diutiſſime ceſus migrauit ad dn̄m. corp⁹ ī tyberim ꝓiecit
Itē ſcti valeriani martyris pſcus pſes ꝓpter pdicationē fidei
capi fecit ⁊ ī eculeo ſuſpēdi ⁊ vngul' laniari ⁊ tandē decollari.

Apud ciuitatē calcedonā natale ſancte eufemie virginis ⁊ eū g cclviij
martyris que filia ſenatoris fuit. mater eius theodora dei cul-
trix extitit ipa accuſata ꝓcōſuli q̄ eſſet xpiana in carcere re-
cludit ⁊ ibi affligit. Scdo alapis ceditur. Tercio rotis impo
nitur ⁊ voluta. Angelus vero rotas ↄfregit. et tortores pa-
ralitici facti ſunt. Quarto ligata in fornacē ꝓijcit. Ceſarius
aūt qui ſanctā vgīnē in ignē ꝓiecit. ipe ab igne ↄſumptus eſt
Ipa vero xpm ↄſpiciēs ⁊ laudās illeſa exiuit. Quīto dei cul-
trix inter q̄ttuor molares lapides ↄmolienda ponit. ſ3 commi-
nutis lapidib⁹ intacta ꝑmanſit. Sexto in aquā mittit. Septi
mo beſtijs tradit vt ab ipis laceret. ſed beſtie ei obſequebant
nec eā ledebāt. Octauo acuti lapides ſub modica t̄ra occulta
ti cū gladijs vt inſciēter vgo ſcā incederet ī illa. ſ3 ab āgelis
in tuto loco poſita bt̄a vgo. Hij aūt q̄ inſidias poſuerāt ī eis
perierūt. Nono vgis cedit. Decio corp⁹ vgineū ſerris ſecari
ꝑmittit ⁊ iubet. Undecio in ſartagine frigi iubet q̄b⁹ oīb⁹ vtu
te dei ſupatis. Duodecio duo leōes ⁊ duo vrſi ↄtra eā mittūt.
q̄ ei⁹ oſculabāt veſtigia. ſ3 ea orāte vt agonē cū martyrio ter-
minaret vna ex beſtijs eā momordit. Tūc vox de celo ſonuit:
Aſcēde eufemia ⁊ ſic migruit ad xpm. ⁊ ſepulta ē a pentib⁹ ſuis

Apud leodiū beati lamberti epi ⁊ martyris. Hic in traia lam A cclix
ctēſi ciuitate nobili ꝓſapia ort⁹. litterali ſciētia imbut⁹. pōti-
ficali infula theodoro epo ab inimicis dei occiſo functus. Re
ge hilderico. chariſſim⁹ rex vero hilderic⁹ occidit lābertus ca
thedra epali ꝓuatur eiq3 ferramūdus latro ſubſtituit. Lam-
bertus aūt valedicens pplo monaſteriū ſtabulos adijt. ibiq3
ſub regula monachoꝝ ſeptē annos deduxit. Poſtea emulus
eis turpiter degradat. et ſctūs lambert⁹ reſtituit. Cupiēs aūt

dei famulos augeri alexandriã. ingreditˀ ibiq3 plurimis ad fi-
dem ↄuerſis ydola deſtruxit eccl'ias cõſtruxit. Sacerdotes or-
dinauit. qui dũ regẽ ꝓ ſuis exceſſibꝰ increparet innocẽs lam
bertus in oꝛone ꝓſtratꝰ a nocẽtibꝰ miſſis a rege intra domũ
eccleſie inocẽter occiditˀ. ⁊ aulã celeſtis regni ꝑpetue intrauit
victurus. Et in hoc aſſimilatˀ iohanni baptiſte. qui arguebat
herodẽ ꝓpter herodiadẽ et decollatꝰ eſt. Itẽ ſancti euſtrogij
qui a cõſtantinopoli in legatõe imꝑatoris miſſus ſumere ho-
norẽ oblatũ. rediјt ad dñm ſuũ imꝑatorẽ. qui ↄgratulabatˀ ei
de ſeruicõ ſibi exhibito dicẽs ei ꝙ ꝓ valeto peteret q̇d ſibi pla
ceret. qui petiuit trium magoꝝ corꝑa ⁊ obtinuit dño nr̄o ih̄u
xp̄o ordinãte. Hec igitˀ ſcta tria corꝑa magoꝝ a cõſtantino-
poli medyolanũ per mare trãſuexit. Et cum veniſſet ad littꝰ
ſancta corꝑa curriu imponẽs duas vaccas ſubiugauit. quarũ
vnã dum lupus deuoraſſet iuſſit in noĩe dñi ouꝰ ↄmeſte ſubi-
re. q̇d et fecit ⁊ vſq3 medyolanum corꝑa ſunt deducta. His et
alijs miraculis euſtrogius claruit ⁊ in pace quieuit. et in ſua
nobili eccl'ia in qua nũc p̄dicatores habitãt ſepultus eſt.

ber b cclx ¶ Vienne ſancti ferreoli q̇ dũ eſſet tribunice poteſtatis iuſſu
impijſſimi p̄ſidis tentꝰ. et p̄mo crudeliſſime ṽberatꝰ. Deĩn ca
tenarũ g̃ui pondẽ onuſtus in deterrimũ carcerẽ eſt truſus a q̇
carcere dei nutu vincul' fractis ⁊ ianuis patefactis fugit ſ3 ab
aſtãtibꝰ captꝰ ⁊ maĩbꝰ pꝰ tergũ victis reducitˀ ⁊ tãdẽ decollatˀ.

ri c cclxj ¶ In neopoli cãpanie natale ſcti ianuarij bñuẽtane ciuita-
tis ep̄i. q̇ poſt vĩcula ⁊ carceres capite ceſus ẽ in ciuitate putre
lana ſub dyocleciano p̄ncipe. Itẽ ſctoꝝ pelagij et mili epoꝝ
q̇ cũ pluribꝰ clericis ĩ igne ↄſumpti ſũt. ⁊ ſic ĩ celũ euolauerũt.

q3 d cclxij ¶ In cizici ſanctoꝝ martyrũ fauſti ṽginis ⁊ eiulaſij ſub ma-
ximiano imꝑatore. Quã virginẽ idẽ eiulaſiꝰ iuſſit p̄mo ꝓ fi-
de radi ⁊ decaluari ad turpitudinẽ. ſcd̄o ſuſpẽdi ĩ eculeo ⁊ tor
q̃ri. Quo facto corruſcatio facta ẽ de celis. m'tos miſtroꝝ oc-
cidit. tercio ſctam ṽginẽ iuſſit ꝑ mediũ ſecari. ſ3 dño ꝓtegẽte

ipſa ledi nullaten⁹ potuit. Tunc eiulaſius cadit in terrã cre‑
didit. Et cũ p̃dicta virgine paſſus. p̃mo ſuſpendit̃ et torq̃tur
⁊ ſic martyr efficitur. quarto maximian⁹ iuſſit caput ſanctiſſi
me virginis clauo ferreo terebrari. Cũqꝫ ex hoc nõ moreret̃.
quinto totũ corpus eius eſt vulneribꝫ repletũ. ſexto in ſarta‑
gine torta eſt que illa pſallente refriguit. Inter hec vox de ce
lo audita eſt. veni electa mea ⁊ tradidit ſpiritum.

Natale ſancti Matthei apl̃i et euãgeliſte. Huius mat e cclxiij
euangeliũ hebreo ſermone cõſcriptũ ipſo reuelante
tempe zenonis impatoris inuentũ ẽ. Hic apd̃ ethyo
piã p̃dicans duos magos zaroem ⁊ arfaxat ſupauit ⁊ inde fu
gauit. filiũ regis defunctũ a morte ſuſcitauit. Filiã regis epi‑
geniã ſacratã velauit. ⁊ eam plus quã ducẽtis v̾ginibꝫ p̃fecit
⁊ infra triginta dies eccl̃iam edificari fecit in qua viginti tri‑
bus ãnis ſedit. ep̃os ⁊ p̃ſbiteros ordinauit. regẽ ⁊ reginã ba
ptizauit ⁊ innumerabilẽ ppl̃m ad fidẽ xp̃i cõuertit. Tandẽ re‑
ge mortuo hyrtac⁹ ei in regno ſucceſſit. qui poſtq̃ apl̃us miſ‑
ſam celebrauit ⁊ fideles ↄmunicauit. ſpiculatorẽ miſit q̃ apl̃m
a tergo pungẽs ⁊ gladio tranſfigẽs eũ martyrẽ xp̃i fecit. Vñ
ip̃e pre omnibꝫ ſanctis in celo habet h̾ p̃uilegiũ qꝫ apoſtolus
euangeliſta ⁊ martyr eſt.

In gallijs ciuitate ſeduno ſeu octoduro valẽſe loco aga‑ mau f cclxiiij
mo. Natale p̃clariſſimoꝝ martyꝝ Mauricij ſociorũqꝫ eius
ſex miliũ ſexcentoꝝ et ſexaginta ſex. que legio thebea dicit̃ ab
oriẽte in auxiliũ maximiano veniẽs. hij oẽs a ſc̃to cirillo ep̃o
hieroſolimis fidẽ receperunt. Sꝫ rome a ſc̃to marcello papa
plenius inſtructi reddebant̃ ceſari que erãt ceſaris ⁊ dei deo.
Hos oẽs maximian⁹ nolẽtes ydol̃ ymolare interfici iuſſit. et
totũ exercitũ ſuũ ſanctã legionẽ circũdare ita vt nec vn⁹ eua‑
deret ex ip̃is. Cõplent̃ iuſſa ⁊ p̃cioſi ſanguinis riui. fluũt. cam
pi. Inter lictores p̃da diuidunt̃. Et victrix turba ad epulan‑
dũ cõſedit. Superuenit quidã vir veteranus noie victor cui dñ

propter etatē honor ab oīb⁹ exhiberet̄ queſiuit que eſſet le
ticia inter tot milia mortuoꝝ epulari. Cui dū illi diceret pro
fide xp̄i hos eſſe ꝑemptos. ingemuit ille ꝙ inter illos nō me-
ruit eſſe ⁊ coꝝ deteſtās cōuiuiū. Tūc ſubito ꝑcuſſus ip̄is ſan
ctis martyrib⁹ ſociatur. Maximianū diuina vlcio eſt ſecuta.
Nam poſt martyriū necem apud maſſaliā capt⁹ ⁊ demū ſtran
gulatus impiā vitam crudeli morte finiuit.

xi g cclxv In campania beati ſoſij dyaconi meſanete ciuitatis. Hic
cū quodā tp̄e euangeliū legeret i eccl'ia p̄fate vrbis p̄nte ep̄o.
Januario vidit ſubito idē ep̄s de capite ei⁹ flamā exurgere ⁊
pronūciauit eū martyrē futurū. Et nō poſt multos dies cum
eſſet annoꝝ triginta martyriū cū eodē ep̄o capitis detrūcatio
ne ſuſcepit. Itē ſc̄ti iacobi iuuenis. qui fuit nobil' pulcer ſtre
nuus de parentib⁹ xp̄ianis ꝓgenitus. Hic germano p̄ncipi ⁊
rege ꝑſarū familiaris fuit ⁊ ab eis ſeduct⁹ deſeruit fidē catho
licā. quē mat̄ ⁊ vxor ſuꝑ ſcelere arguūt ꝙ a fide apoſtotauit. et
cōpunctus forcior reſurgit ⁊ fidē publice fatet̄. Quo audiens
rex ſeuius ſeuit in ip̄m vt alij ip̄ius exēplo terreant̄ mēbratim
iubet̄ intercidi. Primo pollex dexter p̄ſcindit̄. Sc̄do index. ⁊
ſic ꝯſequēter oēs digiti in manib⁹ ſingulatim ſūt abſciſi. Si-
militer ⁊ oēs pedice in pedib⁹ ſūt trūcate. ⁊ cōſequēter totum
corp⁹ truncatū ē. Ultīo martyr dixit. dn̄e ih̄u xp̄e adiuua me
q̄a circūdederūt me dolores mortis. digitos meos non habeo.
manib⁹ careo. pedes deſūt. femora p̄ſciſa. vnde nec man⁹ leua-
re. nec genua curuare añ te queo. Educ ergo de carcere aīam
meam vt confiteatur nomini tuo dn̄e. Capite ſic p̄ciſo cōſumi
tur ⁊ a fidelib⁹ honorifice ſepelitur.

ci A cclxvj In territorio Educ ciuitatis caſtro ſeu loco natale ſancti
andochij preſbiteri thyrſi dyaconi ⁊ felicis. qui a beato poli-
carpo ep̄o ab oriēte directi ad docendū galliā ſub aureliano
p̄ncipe ſunt glorioſiſſime coronati. Primo flagellis ceſi tota
die ⁊ manib⁹ ſuſpenſi. Sc̄do in ignem miſſi. ſed nō combuſti.

taſndẽ vectibꝫ colla eoꝝ feriunť. et ſic martyriũ cõſumauerũt.
¶ Natale ſancti cleophe. qui fuit vn⁹ de ſeptuaginta duobꝫ diſcipulꝰ xp̄i. Cui poſt reſurrectionẽ dñs eũti cũ alio ĩ caſtellũ emaus apparuit. quẽ tradũt in eadẽ vrbe in eadẽqꝫ domo in q̃ mẽſam dño p̄parauerat q̃ſi peregrino ꝓ ꝯfeſſione illi⁹ quẽ ibi ip̄e cognouerat a iudeis occiſũ ꝓpť ih̄m xp̄m ⁊ fidẽ catholicã. us b cclxvij
¶ Natale ſc̄toꝝ martyrũ cypriani ep̄i ⁊ iuſtine v̾ginis. quo- et c cclxviij
rũ iuſtina v̾go dũ q̃tidie ſedẽs ad feneſtrã dyaconũ euãgeliũ legentẽ audiret accẽſa fide. xp̄i mr̄i ſue deorũ exp̄mit vanitatẽ xp̄ianã ſe eſſe aſſerit. Et cũ mať hec viro ſuo in lecto dixiſſet dormiẽtibꝫ eis xp̄s cũ ãgelis apparuit dicẽs. venite dabo vob regnũ celoꝝ. Surgentes mane ⁊ colloquẽtes q̃ viderãt bapti zati ſũt. Juſtina vero xp̄o fidelit̃ ſeruiuit. Tũc acladi⁹ quidã ſcolaſticus eã cõcupiſcẽs m̾ltos cũ p̄cibꝫ miſit vt vxorẽ eã ha- beret. ſed vidẽs ſe nil ꝓficere cyprianũ magũ alloquiť. ⁊ mul ta ꝓmittit ſi iuſtinã deciperet. Tũc cyprian⁹ ſucceſſiue demões miſit ad inſtigandũ iuſtinã virginẽ vt eum in maritũ reciperet. Quos demones ip̄a ꝑ ſignũ ſc̄te crucis fugauit. Vidẽs ergo cyprianus qꝫ illo ſigno ſemꝑ virtus demonũ vinceret. vocatũ dyabolũ interrogauit q̃le hoc eſſet ſignũ. Dicit ei demon hoc eſt ſignũ ſãcte crucis ꝑ qđ fugim⁹ ſicut cera a facie ignis. Et cyprianus ergo crucifixus maior te eſt ⁊ abrenũcio tibi ⁊ om- nibꝫ demonibꝫ muniẽs ſe ſigno ſc̄te crucis. tũc dyabolus ab- ſceſſit. Et cyprianus currẽs ad ep̄m ſe fecit baptizari dicens. Precor te pater miſerere mei ⁊ ſalua aĩam meã. Tunc g̃ras agens eũ baptizauit ⁊ cyprian⁹ ꝑgens ad domũ ſuã cõfractis et ꝓiectis oĩbꝫ ydolis ſuis tota nocte dñm ih̄m inuocauit. Tandẽ ab ydolatris ꝯp̄rehẽſi cyprian⁹ et iuſtina apud dama ſcũ. Primo ꝓ fide catholica incarceranť. Sc̄do cyprian⁹ ſu- ſpẽſus vngulis exarať. Tercio iuſtina a duobꝫ ſpiculatoribꝫ neruis crudis ⁊ alapis verberať. Quarto ſartago plena pice ⁊ cera ſuccendiť ⁊ cyprianus cum iuſtina in eam mitti iubeť.

Cumqȝ vidiſſet iuſtina q̄ ignis cyprianū nō lederet ⁊ cum ipa ingredi trepidaret cyprianus eam cōfortauit. ⁊ ſtatim ſe cruce ſignās ingreſſa ſartaginē illeſa cum cypriano deum laudabat. Quinto decollati ſunt. quoꝝ corpa cū ſex dieb⁹ ad canes ꝓiecta māſiſſent. quidā naute nocte in ſilētio rapuerūt ⁊ romam ſūma diligentia ⁊ reuerentia tulerunt.

da d cclxix In arabia ꝓuincia ciuitate egea natale ſcoꝝ martyrum Coſme ⁊ damiani. qui gemini frēs filij theodore ācille xp̄i ſacris litteris eruditi. Jam a ſpirituſancto curationis gratiaȝ acceperūt. ita q̄ omniū egreditudinē expellerent tam ab hominib⁹ quā a brutis ⁊ donū dei qđ gratis accepant gratis dabant. Prefect⁹ igit̄ lyſias adductos eos iuſſit vt ydolis ymolarent. ſed cum hoc facere contēnerēt. Primo neruis ceduntur. Scđo ligati in mare ꝓijciunt̄. ⁊ ſtatim ab angelo erepti ſunt. qđ p̄ſes maleficiū reputās rogat vt cū talia doceant. Illis vero dicētib⁹ ſimile eum facere poſſe ſi ſeruus xp̄i efficeret̄ Ironice dixit ſequar vos. Et ecce duo demones atrociter illū maxillis cedebāt. Sanctoſqȝ inuocat ⁊ liberat⁹ ait. videtis deos meos iratos. q̄a dicebā vos velle ſequi. Quē ſancti arguentes ducunt̄ in carcerē. Alio die ꝓducti. Tercio in ignē copioſum iuſſi ſunt ꝓijci. Tunc terremotus factus eſt ⁊ ignē ſup̄ paganos excuciēs plurimos conſumpſit ſanctoꝝ capillis prorſus illeſis. Quarto iubent̄ torqueri in eculeo. ⁊ angelus dn̄i nō ſynebat eos ledi. Quinto crucifigunt̄ ⁊ a pplo iubent̄ lapidari. Inſup̄ p̄ſes iuſſit eos crucifixos a q̄ttuor militib⁹ ſagittari. ſed ſagittis reuolantib⁹ plurimi gentilium ſunt occiſi Unde p̄ſes videns ſe confuſum. Sexto iuſſit eos decollari. et cū ipis tresfratres eoꝝ anthimiū leonciū ⁊ euprepium.

wen e cclxx Apud pragā bohemie natale ſancti wenczeſlai ducis bohemoꝝ. qui valde in chriſti religione deuot⁹ extitit adeo vt tpe meſſis ⁊ vindemie ipe et vindemiaret quod in ſacrificales hoſtias ſacerdotū in manib⁹ offerret̄. Ipſe etiam noctibus iuit

pedes et ſub ſilentio ⁊ de vicina ſilua ſicca arida in dorſo ⁊ hu
meris delicatis ligna geſtās aū hoſtias paupum poſuit. et vi-
duarū. Tandē poſt multas ṽtutes et plurima virtutū ⁊ miſe-
ricordie opa quib⁊ ſe i xp̄i ſeruicio exercebat ieiunijs crebris
ſanctis meditationib⁊ vigilijs et oꝛonib⁊ ⁊ elemoſynis ⁊ vim
paſſis ⁊ oppꝛeſſis quocūqꝫ modo patrē ⁊ cōſolatoꝛē ſe exhibe
bat. viduis ⁊ oꝛphanis captiuis ⁊ infirmis q̄ſi mater eā ꝯpaſ-
ſus. Cumqꝫ eum oīs pplꝰs diligeret et fratri ſuo p̄mo genito
eū p̄poneret. woyſlaus frater eius dolo ip̄m interimi ꝓcura-
uit. et ſic ad xp̄m felicit̄ migrauit. Itē apud toloſam ſcti expe-
rij ep̄i ⁊ ꝯfeſſoꝛis. qui b̄tūs vir q̄ntū ſibi extiterit parcꝰ tamen
alijs largus. ſctūs hieronimꝰ memoꝛabili ꝓſecutꝰ eſt relatu.

In mōte gargano Venerabilis noīe b̄ti michaelis michaelis | mich fcclxxj
archangeli vbi ip̄ius noīe ꝯſecrata habet̄ eccl̄ia vili
facta ſtemate ſed p̄dita celeſte ṽtute in q̄ tū memoꝛia
oīm āgeloꝝ memoꝛiā agimꝰ et oēs ſimul honoꝛamꝰ. Et hoc
m̄ltiplici rōne facimꝰ. Primo ḡ debemꝰ eos honoꝛare. qꝛ ip̄i
ſūt cuſtodes n̄ri. Cuilibet em̄ hoī dant̄ duo āgeli. vnꝰ malus
ad exercitiū. aliꝰ bonꝰ ad cuſtodiēdū. Cuſtodia em̄ boni an-
geli deputat̄ homī in natiuitate in vtero. et ſtatim poſt natiui-
tatē ex vtero. ⁊ ſemp eſt cū ip̄ſo iam adulto. In h̄ em̄ triplici
ſtatu neceſſaria eſt homī āgeloꝝ cuſtodia. Dū eſt paruulꝰ ad
huc in vtero p̄t interimi ⁊ dānari. Dū eſt ext̄ vterū aū adul-
tam etatē p̄t a baptiſmate impediri. Dū in adulta etate p̄t
ad diuerſa pcc̄a attrahi. Dyabolꝰ em̄ i hoīe adulto rōnē ſe-
ducit p aſtucias. Voluntatē allicit p blādicias. virtutē opp̄-
mit p violenciā. Ideo neceſſe fuit vt bonus āgelus eidē ad cu
ſtodiā deputaret̄ vt hoīem erudiat ⁊ doceat ⁊ dirigat ꝯtra fal
laciā. Exhoꝛtet̄ ⁊ incitet ad bonū cōtra blādicias. ⁊ defendat
ab oppſione ꝯtra violentiā. Effectꝰ aūt angelice cuſtodie in
hoie q̄doꝛuplicit̄ p̄t aſſignari. Primꝰ eſt vt ꝓficiat aīa in bo-
nū grē. Et hoc facit āgelus in aīa trib⁊ modis. Primo om̄e

impedimentū ad bonū remouēdo. Hoc ſignatū eſt exodi xij.
vbi angelus ꝑcuſſit ꝑmogenita egypti. Scđo pigriciā excitā
do qđ ſignatum eſt zacharie iiij. vbi dicit᷑. Angelus dñi exci-
tauit me q̄ſi hoiem qui excitat᷑ a ſomno. Itē actu. xij. de petro
excitato in carcere et in multis alijs. Tercio in via penitētie
ducendo ꝛ reducēdo. Qđ ſignatū eſt thobie v. in angelo qui
eū duxit ꝛ reduxit. ſcđs effect⁹ eſt vt nō cadat in malū culpe. ꝛ
hoc facit angelus trib⁹ modis. Primo impediendū pctm̄ fu-
turū ne fiat. Hoc ſignatū eſt numeri xxij. in balaam q̄ ad ma-
ledicendū iſrahel ꝑgens ab angelo impedit⁹ eſt. Scđo incre
pando ꝑteritū vt ab eo q̄s recedat. Hoc ſignatū eſt iudicū ij.
vbi cū āgelos filios iſrahel de ꝑuaricatōe increpaſſet. ipi ele
uauerūt vocem ꝛ clamauerūt atq; fleuerūt. Tercio violentiā
q̄ſi inferēdo vt a pctī eripiat. hoc ſignatū eſt ī violēta eductio
ne loth et vxoris de ſodomis. id eſt de pctī ꝯſuetudine. Terci⁹
effectus eſt ſi cadat q̄ poſtmodū reſurgat. et h̄ facit angelus
trib⁹ modis. Primo mouēdo ad ꝯtritionē. hoc ſignatum eſt
thobie xj. vbi ad documentū angeli de felle ꝑ qđ intelligit᷑ cō-
tricio liniuit patri oculos ſcȝ cordis. Scđo labia purgando
ad ꝯfeſſionem q̄ ſignatū eſt yſaie. vj. vbi ꝑ angelū labia yſaie
purgant᷑. Tercio gaudēdo ad ſatiſfactionē luce xv. vbi dicit᷑
q̄ magis gaudiū eſt angelis in celo ſup pctore ꝛc. Quartus
effectus eſt ne totiēs vel in tot ma'a cadat q̄ciens vel ad quot
dyabolus incitat. Et h̄ facit trib⁹ mōis. Primo poteſtatē de-
monis refrenādo. Scđo ꝯcupiſcētiā debilitando. Tercio me-
moriā paſſiōis xp̄i mētib⁹ nr̄is impⁱmendo. Scđo debem⁹ eos
honorare qꝛ ſūt miſtratores nr̄i. Dicit᷑ eñ hebre. ꝑmo oēs
eñ adminiſtratorij ſpūs ſūt ꝛc. Omes eñ ꝓpter nos mittunt᷑.
qꝛ ſupiores ad medios. medij ad infimos. infimi ad nos. Ter
cio debem⁹ eos honorare. qꝛ ipi ſūt fr̄es ꝛ ꝯciues nr̄i. Omes
eñ electi aſſumunt᷑ ad ordines āgeloꝝ. quidam ad ſupiores.
quidā ad medios. quidā inferiores. ꝛ hoc ꝑ diuerſitate ſuoꝝ

meritoꝝ licet beata virgo ſuper omnes ſit. Quarto debemus eos honorare. quia ipſi ſunt animarū noſtrarū in celum portatores. Et hoc faciūt tribus modis. Primo viam pparando malach. iij. Ecce ego mitto angelum meum qui pparabit viam ante faciem tuam. Secūdo per viam pparatā in celum baiolando. Exo. xxiij. Ecce ego mitto angelū meū qui te cuſtodiat in via. et inducat in terram quā promiſi patribus tuis. Tercio in celo collocando. Luce xv. Factū eſt vt moreretur mendicus ⁊ portaretur ab angelis in ſynum abrahe. Quinto debemus eos honorare. quia ipi ſunt orationū noſtraꝝ ante deum repſentatores. Ipi nanqꝫ pmo orones noſtras deo repreſentant. Thobie xij. Quādo orabas cum lacrimis ⁊ ſepeliebas mortuos tuos ego obtuli orationē tuam dn̄o. Secūdo ibidem allegāt pro nobis Job xxxiij. Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de ſimilib; vt annūciet hominis equitatē miſerebit̄ eius. et zach. j. Et reſpondit angelus dn̄i et dixit. Dn̄e exercituū vſqꝫquo non miſereberis hieruſalē et vrbium iuda quib; iratus es. Iſte iam ſeptuageſim⁹ annus eſt. Tercio dei ſententiā nobis nunciant. Dan̄. ix. vbi dicit̄ ꝙ gabriel ad deum volans dixit ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo glo. ſententia a deo. Et ſequit̄. ego autē veni vt indicarem tibi. quia vir deſiderioꝝ es. De his trib; dieb; dicit bernardus ſup cantica. Diſcurrit angelus medius inter dilectuꝫ et dilectam vota offerens. referens dona excitat iſtam placat illum. Sexto debemus eos honorare. qꝛ ipi ſunt regis eterni nobiliſſimi milites ſicut dicit Job xxv. Nunquid eſt numerus militum eius. Sicut autem videmus in militib; alicuius regis. ꝙ quidā eorum ſemper in aula regis cōmorant̄. Quidam autem ciuitates ⁊ caſtella regni cuſtodiunt. quidā vero regis inimicos expugnant. Ita ⁊ horum militū chriſti quidā aula regia ſicut in celo empirreo ſemp regi regum aſſociantur. et ad eius honorem cantica leticie ⁊ glorie ſemp cantant

dicentes. Sanctus ſanctus ſanct⁹ ꝛc. Item benedictio ⁊ cla
ritas ꝛc. Apoca. vij. Quidā autē cuſtodiunt ciuitates ſubur-
banas et villas ⁊ caſtra. illi ſcȝ qui nobis ad cuſtodiam ſunt
deputati cuſtodiētes ſtatum virginum. cōtinenentiū ⁊ coniu-
gatorum ⁊ caſtra religionū. Unde yſaie. Super muros tuos
hieruſalē conſtitui cuſtodes. quidam vero dei inimicos. id eſt
demones expugnāt. Apoca. Factū eſt preliū in celo vel ſcđm
vnam expoſitionē in eccleſia militante michael ⁊ angeli eius
preliabant̄ cum dracone. Septimo debemus eos honorare
quia ipſi ſunt tribulatorum conſolatores Zach. j. Angelus
qui loquebat̄ in me verba bona ⁊ conſolatoria. Item thob.
v. Forti animo eſto. Et faciūt tribus modis. Primo confor-
tando et roborando. Dan. x. Ubi cum daniel corruiſſet teti-
git eum angelus dicēs. Noli timere pax tibi cōfortare et eſto
robuſtus. Secūdo ab impatientia cōſeruando. Ps. Angelis
ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in omnib⁹ vijs tuis. In
manibus portabunt te. ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Tercio ipam tribulationem refrigerando et minuēdo.
Et hoc ſignat̄. Dan. iij. Ubi angelus domini cum trib⁹ pue
ris in fornace deſcēdit et fecit medium fornacis quaſi ventum
roris flantem.

hier g cclxxij Apud bethleem inde depoſitio beati hieronimi p̄ſbiteri ⁊
doctoris. Hic euſebij viri nobilis filius ab opido ſtridonis qđ
dalmacie ⁊ pānonie cōfinia tenet extitit oriūdus. Hic adhuc
puer romam adijt et litteris grecis ⁊ latinis hebraycis ⁊ cal
daycis ad plenum eruditus fuit. In arte gramatica dona-
tum habuit p̄ceptorem. in rethorica autem victorinum orato-
rem. In diuinis autem ſcripturis exercebatur die ac nocte.
⁊ inde hauſit auide quod poſtmodum effudit habunde. Cum
autē eſſet annoꝝ trigintaunū in romana eccleſia cardinalis
preſbiter eſt ordinatus. mortuo autem liberio papa hieroni-
mus dignus ſummo ſacerdocio ab omnib⁹ acclamatur. Sed

dum quoꝛundã monachoꝝ ⁊ clericoꝝ laſciuiã increparet illi nimirũ indignati ei inſidias parauerũt. Nam ꝑ veſtẽ muliebrẽ vt ait iohãnes beleth ab eis turpiter eſt deriſus. Nam cũ hieronim⁹ ad matutinũ moꝛe ſolito ſurgeret veſtem mulieris quã emuli iuxta lectũ poſuerãt repit. ſuãq; credẽs eſſe induit ⁊ in eccleſiã ſic ꝓceſſit. hoc aũt emuli eius faciebãt vt mulierem hẽre in thalamo crederet. Qđ ille vidẽs tante illoꝝ veſanie locũ dedit ⁊ ad gregoꝛiũ nazenũ ↄſtantinopolitane vꝛbis epĩs ꝑuenit. Poſtq̃ aũt ab ipo ſacras lr̃as didicit in heremũ ꝑperauit vbi q̃nta ꝓ xp̃o ſuſtinuerit ipſe ad euſtochiũ ſcribit que diligẽs lectoꝛ in eius legẽda facilit̃ īuenit q̃dꝛiennũ ibidem vitã aſperã gerẽs ad hieroſolimã venit. et viſitatis locis ſacris a cirillo epõ hieroſolymitano p̃ſepe dñi petiuit vbi monaſteriũ fũdauit. ⁊ cepit viuere ſcđm regulã ab apl'is inſtitutam. Augu. ſup oĩes eũ extollit et eccl'ie multũ ꝓfuiſſe ꝓhibet ⁊ ꝓfitet̃. Ubi etiã bibliotecã ſuã quã ſũmo ſtudio ſibi cõdiderat clauſam alioſq; libꝛos iterũ relegẽs diẽ ieiunijs ducebat vſq; ad veſꝑam. Multos autẽ diſcipulos ibidem coadunans in ſcto ꝓpoſito et trãſlatõe ſcripturarũ q̃nquagitaq̃nq; annis et ſex mẽſibꝫ deſudauit. Ipe etiã de ſe ꝓfitet̃ q̃ quodã tp̃e dũ frequẽter phoꝝ libꝛos legeret febꝛe coꝛrept⁹ ad iudiciũ dei rapit̃. vbi dũ xp̃ianũ ſe ꝓfiteret̃. iudex ait mẽtiris Ciceronianus es. ⁊ a miſtris grauiſſime ceſus veniã pecijt. Ueniã igit̃ ſic impetrauit vt amplius in libꝛis gentiliũ nõ ſtuderet. et ad ſe aũt reuerſus liuiẽtes ex plagis ſcapule ſũt inuẽte. ex tũc ſacre ſcripture ſe totũ dedit. Tãta deniq; laboꝛis ⁊ ſenij laſſitudine fatigat⁹ eſt vt ī ſtratu ſuo iacẽs funiculo ad trabẽ ſuſpẽſo ſupin⁹ manibꝫ ſe leuaret vt officiũ mõſterij ſui cui p̃erat vt poterat exhiberet. Cũ aũt ī eccl'ia olim vnuſq̃ſq; caneret qđ volebat theodoſi⁹ imꝑatoꝛ rogauit damaſũ papã vt alicui viro docto officiũ eccl'iaſticũ ↄmitteret oꝛdinandũ. Ipe aũt ſciẽs hieronimũ in lingua latina greca hebꝛaica ⁊ caldayca ꝑfectum.

ꝛ in omni ſapiētia ſummū. eidē officiū ꝑdictum cōmiſit. Hie-
ronim⁹ aūt ꝑ ferias pſalteriū diſtīxit. ꝛ vnicuiqꝫ ferie noctur-
nū ꝓpriū aſſignauit. ꝛ glīa pr̄i in fine cuiuſlibet pſalmi dicen-
dū inſtituit vt ait ſigiſbert⁹. Deīn epiſtolas ꝛ euāgelia ꝑ āni
circulū decantādas ceteraqꝫ ad officiciū ptinētia p̄ter cātum
rōnabilit̄ ordinauit. Miſitqꝫ illud de bethleē ad ſūmū pōtifi
cē ꝛ ab ip̄o ꝛ cardinalib⁹ fuit approbatū ꝛ ꝑpetuo auctēticatū
Poſt hec aūt in ore ſpelunce vbi dn̄s iacuit monumentū ſibi
conſtruxit. Ubi expletis nonaginta octo annis ꝛ ſex menſib⁹
etatis ſue virgo ꝑmanens ſepultus fuit circa ānos dn̄i xl.

## October.

re A cclxxiij Sancti Remigij epi remenſ. qui ex cilicinia matre ꝛ
emilio patre ſanctis ꝛ nobilib⁹ parentib⁹ a puericia
deo ſeruirre ſtuduit. cū eſſet xxij. ānoꝝ ad remēſem rapit̄ epi-
ſcopatū. Cumqꝫ reſtaret oīb⁹ videtib⁹ lux e celo venit ſup eū.
et liquor caput eius deſup veniens punxit. Et ip̄e regem fran
coꝝ ad fidem conuertit. et cum rex baptizari deberet chriſma
defuit. orat p̄ſul ꝛ colūba chriſma tulit quo alato rex linitur
ꝛ vſqꝫ hodie eius ſucceſſores. Notandū aūt qđ iſtud feſtū re
migij quod agit̄ in menſe ianuarij eſt feſtū de felici obitu eius
Iſtud autē dicit̄ eſſe de eius ſacri corꝑis trāſlatione.

mi b cclxxiiij Sancti leodegarij epi ꝛ martyris qui a religioſis ꝛ nobili
bus parētib⁹ ortus ꝛ deuote enutritus pietate ꝛ miſc̄dia tan-
tum viguit vt tridorēſi eccl̄ie ep̄s poneret̄ vbi ſancte vixit. Cū
poſtmodū pro fide catholica p̄ciſa eſt eius lingua in monaſte
riū monialiū eſt retruſus. Paulopoſt plenū officiū loquendi
ꝛ p̄dicādi ad plenū recepit ꝑ grām dei. Et poſtmodū dei iudi
cio vnus eoꝝ qui manus in ep̄m miſerat eſt exalat⁹ ꝛ tandem
decollat⁹. Alter laqueo ſeip̄m ſuſpēdit. Poſt ebronius ꝑſecu
tor xp̄ianorū miſſis q̄ttuor militib⁹ ſc̄tm leodariū ep̄m decol-
lari p̄cepit. Paſſus eſt aūt circa ānos dn̄i ſexcētos. Itē ſācti
eleutherij martyris cū alijs plurib⁹ quoꝝ iubēte dyocleciano

ſeuiſſimo impatore alij gladijs truncabātur. alij in mare pre-
cipitabantur. Eleutherius aūt cum diu cruciatus p tormēta
ſingula validior redderetur martyriū victorioſus ignibꝰ ve-
lut aurum examinatꝰ compleuit.

¶ Natale beati dyoniſij epi ꝛ martyris. qui poſt clariſſimā confeſſionē fidei poſt grauiſſima tormentorū genera glorioſo martyrio coronatꝰ eſt. vt teſtatꝰ ariſtides athenienſis vir ſapiē-tiaqꝫ mirabilis in ope qd de xpiana religione cōpoſuit. Item ſcti ludowici. qui pmo fuit dux in francia. poſtea mōſteriū cō-ſtruxit. et ibidē monachꝰ fit. Inde treuerēſis epus vbi multa miracula fecit. ꝛ ibi poſt multa miracula feliciter obijt. qꝫ e cclxxv

¶ Apud aſſiſiū natale ſancti franciſci pfeſſoris qui āno dn̄i mileſimo ducēteſſimo ſexto. et etatis ſue viceſimo ſexto ince-pit fratrū minorū ordinem. et poſtmodū vixit viginti ānis tpe honorij pape. qui cōfirmauit illos tres ordines. ſcꝫ pdicatorū minorū et theutonicorū. Preponunt tn̄ pdicatores minoribꝰ in lr̄is papalibꝰ. qꝛ honoriꝰ papa dimidio āno prius cōfirma-uit ordinem pdicatorū quā minorū. Hec in cronica hermāni. qui poſt iuuenilē laſciuiā et negocia ſecularia graui lāguore attritꝰ digitū dei puertit ad ſue pueꝛſatōis effectū. ꝛ ſe ex toto ad xp̄m puertit. Quadā die cum ex euāgelica lectione audi-ret xpi diſcipulos nō virgam nō perā nec calciamēta debere portare. Proiectis calcijs et baculo indutus eſt paupem tu-nicā cingens illam funiculo. Cibos dulciores ſibi appoſitos interdū ne multū allicerēt aqua ꝛ cineribꝰ pmiſcebat. Uinū raro ſapiebat. Eadē tunica vtebatꝰ p lecto ꝛ indumēto. Erat eni ꝛ multa orōnis actētio. Pia cōpaſſio. venerāda caſtitas. admirāda humilitas miraculorūqꝫ glīa claruit. In eiꝰ latere dextro velut lancee pforate cicatrix abducta vulnerū appare-bat. Itē cū ſaliua ſua vnxit oculos puelle q ceca fuit ꝛ viſum recepit. Itē panis cōtrectus in manibꝰ ſuis infirmi pmende-rūt ꝛ ſanati ſunt. Itē rome puer de feneſtra mortuꝰ cecidit. ꝛ frā d cclxxvj

innocato ſancto frãciſco reuixit. Itẽ in egypto ſctoꝝ marty-
rum marci ⁊ maciani fratrũ. et alioꝝ cũ eis innumerabiliũ nõ
inferioris glĩe vtriuſqꝫ ſexus atqꝫ etatis. quoꝝ alij poſt vbera
et diuerſi generis horribiles cruciat⁹ flamis traditi ſũt. alij ĩ
mare ꝑcipitati. alij patib' affixi. qdã etiã capite deorſũ poſito
⁊ pedibꝫ ĩ ſublime leuatis btĩſſimã coronã paſſiõis meruerũt.

cis e cclxxvij ¶ Sancte fidis martyris cuius ꝯſtantiã sctũs capraſi⁹ qui
timore pſecutionis in ſpelũca latuit ⁊ vidit agonẽ dicte virgi
nis ad tollerantiã paſſionis admirat⁹ eſt. Viſa eſt em̃ a fideli
libꝫ circũſtantibꝫ btãm martyrẽ in hora paſſionis ſue colũba
niuei cãdoris ex eius virgineo ore ad celũ eleuare. Quo au-
dito petiuit dñm vt ſi eum dignũ palma martyrij iudicaret de
ore lapideo ſpelũce fons erumperet aque viue. Quo conceſſo
letus mox impauidus ad palmã martyrij ꝓperauit.

ci f cclxxviij ¶ Sancte iuſtine nobilis vginis ⁊ martyris q̃ dum apud ba
duam impator maxim⁹ tyrãnus peſſim⁹ xp̃ianos cogeret ydo
lis ymolare. cũ puella ſacrilego tyrãno noluit acq̃eſcere gla
dio ꝑ latus ꝑcutitur. et orans migrauit ad ſpõſum ſuũ xp̃m.

ſer g cclxxix ¶ Apud ꝓuinciã que nuncupatꝛ̃ auguſta euſtacheſia natale
ſanctoꝝ martyrũ Sergi ⁊ bachi q̃ erãt ꝑmicerij dyocleciani
⁊ maximiani. Hic cũ accuſarentꝛ̃ impatori ꝙ eſſent xp̃iani et
xp̃m colerẽt. Primo nõ credidit donec ad ſacrificia eos inui
tauit ydoloꝝ ⁊ demonioꝝ. Qui cũ renuerẽt ydolis ymolare.
Primo incarcerantꝛ̃. Angelus dñi nocte ad eos veniẽs ⁊ cõ-
fortãs eos dixit. Confidite in xp̃o ⁊ martyrio facietis req̃em
animabꝫ veſtris cum multitudine angeloꝝ omniũ. tunc ſan-
ctus bachus tam diu neruis crudis eſt ceſus quo adutqꝫ to-
to corpe diſciſſus in cõfeſſione xp̃i emitteret ſpiritũ. Sergius
vero octodecim miliaribꝫ in calceis clauis acutis pleni curre
re eſt coactus. poſt hoc decollatur.

gi A cclxxx ¶ Sãcte repate vginis ⁊ martyris q̃ apd̃ deciũ accuſata ẽ ꝙ
eſſꝫ xp̃iana. Et ſic ſtati ꝓ tribunali nobil' vgo ſiſtitꝛ̃ ⁊ dñ xp̃m

negare nollet. Primo plumbo feruēti ꝑfundit̄. Scđo acetū
buliens in os eius ne xp̄m noiet mittit̄. Tercio lamine ardē-
tes pectori eius inprimunt̄. Quarto lāpades ardētes lateri-
bus eius applicant̄. Quinto nuda in caminū ardentē ponit̄.
Sexto ī craticula extēsa ⁊ supponunt̄ carbones viui ⁊ iubet̄
oibꝫ mēbris disrūpi. Tunc virgo orat ⁊ fit terremotꝰ ⁊ multi
infideles perierūt ⁊ aliqrū manꝰ aruerūt. xp̄iq; fidē plurimi
susceperūt. septimo cum nouacula decaluabit̄ ⁊ ꝑ plateas fati
gat̄ ymo trahit̄ pocíꝰ q̄m ducat̄. Octauo in calcē viuā dimer
git̄. Nono sup fragmēta testularū ꝑ tripedes ferreos sternit̄.
Decimo aq̄ bulieti ꝑfundit̄. Undecimo sale eiꝰ plage fricant̄
sꝫ tortores excecant̄. Duodecimo. synapis cū aceto naribꝫ ūgi
neis infūdit̄. Tredecimo fustibꝫ spinosis madefactis nuda et
etiā ꝑcincta cedit̄. Uirgo orabat ⁊ manꝰ carnificū aruerunt.
Decimoqrto decollat̄ ⁊ videtibꝫ fidelibꝫ colūba niuei cādoris
a gutture eius egredit̄ euolādo. que angeloꝝ manibꝫ in cele
stibꝫ portat̄. Itē sancte pelagie ꝟginis q̄ peccatrix appellat̄.
hec prima feminaꝝ antyochie ciuitatis rebꝫ et diuicijs plena
corpe pulcerrima habitu ambiciosa ⁊ vana aīo ⁊ corpe impu
dica. Sꝫ ꝑ doctrinā cuiusdā sācti epi cuiꝰ nomē nōnus erat
ad penitentiā ꝯuersa ⁊ ab eo baptizata. Post aliq̄s aūt dies
cunctis ignorantibꝫ pelagia nocte inde fugit. et oia q̄ habuit
paupibus distribuit. et in montē oliueti deuenit vbi habitum
heremiticū accipiēs ī parua cella ibidē se collocauit. ⁊ deo in
multa abstinētia sub forma virilis sexꝰ seruiuit. Maxime aūt
fame ab oibꝫ habebat̄ et frat̄ pelagiꝰ dicebat̄. Post hec qdā
dyaconꝰ supdicti epi hierosolimā causa visitādi loca scā ad-
uenit. Cui dixit eps vt post sāctoꝝ locoꝝ visitationē quendā
monachū noie pelagiū qreret ⁊ ipm visitaret cū verus seruus
dei esset. qd cū ille fecissꝫ mox ab illa cognitꝰ. sꝫ nequaq̄ ipaꝫ
ꝓpter nimiā maciē cognouit. Cui dixit pelagia habes epm. ⁊
ille etiā dn̄e. Et illa oret ꝓ me ad dn̄m. qꝛ vere apl'us xp̄i est.

Recedēs aūt deinde die tercia ad eius cellā redijt. ſed cū ad oſtium celle pulſaſſet et nullus ſibi apuiſſet feneſtrā apuit et mortuū eū vidit. Currenſqꝫ cū hoc epo nunciaſſet eps ⁊ clerus omeſqꝫ monachi ꝯuenerūt vt tā ſancto viro exequias celebrarēt. Cumqꝫ de cella corpus eius extraxiſſent repierunt ꝙ mulier eſſet ⁊ plurimū admirātes gracias deo reddiderūt et ſanctū corpus honorifice ſepelierūt. Claruit autē et obijt hec beata pelagia circa annos dñi ducentos nonaginta.

dy b cclxxx Pariſius natale ſctoꝝ martirū Dyoniſij epi Ruſtici preſbiteri et Eleuberij dyaconi. Hij fuerūt vita doctria et miraculis clari ⁊ mltos xpo lucrabant. Hūc dyoniſiū apud athenas btūs paulus ad fidē ꝯuertit p modū qui ſequit. In die dominice paſſionis cū tenebre fuiſſent facte p vniuerſaꝫ terrā. phi qui erāt athenis nō poterūt hui⁹ cauſaꝫ in cauſis naturalib⁹ inuenire. nō em fuit natural eclipſis ſolis. Tū qꝛ luna fere erat a regione ad ſolē. eclipſis vero fieri ſolet in ſinodo ſolis ⁊ lune. tū qꝛ eclipſis ſolis nō aufert lucē vniuerſis ptib⁹ terre. Tū qꝛ p tres horas durare nō pōt. qꝛ aūt illa eclipſis ſolis lucē vniuerſis ptib⁹ terre abſtulit dixerūt phi vt habetē in ſcolaſtica hyſtoria. ꝙ deus nature pateret aut alias ordo nature ꝑuertit aut elemēta patiunt. aut de⁹ nature patit. et elemēta ſibi ꝯpatiunt. Alibi dr ꝙ dyoniſius dixit. Hec nox quā nouā miramur totius mūdi verā lucē venturā ſignificat. Tūc athenienſes illi deo aram ꝯſtituerūt. et ſuperpoſit⁹ eſt titulus ignoto deo. ſingul em aris ſuperponebat titulus indicans cui eſſent dedicate. ⁊ cū vellēt illi offerre holocauſta et victimas dixerūt phi honoꝝ nroꝝ nō eget ſꝫ faciem⁹ genuflectiones ān aram ei⁹ ⁊ ſupplicabim⁹ ei. qꝛ nō querit oblacōes pecorū ſed deuocōes animaꝝ. Cū ergo paulus veniſſet athenas. Epicuri et ſtoici phi cū eo diſputabāt. Quidā aūt dicebant. qd vult ſemiator vboꝝ hic dicere. Alij dicebāt Nouoꝝ demonioꝝ videt eſſe nūciator. Ducētes ḡ eum. ad vicū phoꝝ

vbi nouum doctrine examē reciperēt dixerūt noua quidē in-
fert auribꝫ nr̄is volum⁹ ergo ſcire quid. Cū ergo paulus ſin
gula deoꝝ altaria ꝑluſtraſſet et inter cetera ignoti dei altare
vidiſſet. Dixit illis pħis quē ignorātes colitis. Nūc ego an
nuncio vob̄ verū deū qui fecit celū ⁊ terrā. ipe eſt verus deus
qui inter ceteros deos nō eſt monſtrat⁹ ſed vob̄ ignot⁹ ⁊ ſcl'o
venturo ⁊ perpetuo regnatur⁹. Et dyoniſius hic aūt an ſpūs
tantū eſt. Et paulus deus et homo eſt. ſed ideo ignot⁹ eſt. qꝛ
eius tantū in celis eſt conuerſatio. Cui paulus ille in quā eſt
quē p̄dico qui de celis deſcēdit. carnē ſuſcepit et mortē ſuſti-
nuit et tercia die reſurrexit. Cū aūt dyoniſius adhuc cū pau-
lo diſputaret forte tranſijt cecus ꝑ viā corā eis. Statim dixit
dyoniſius paulo. Si dixeris huic ceco in noīe dei tui vide et
videbit ſtatim credā. Sꝫ vitatis verbis magicis qꝛ forte noſti
verba que hn̄t huiōi efficaciā. Cui paulus. Ego formā v̓boꝝ
tibi p̄ſcribā. In hac igit̄ forma verboꝝ dices ei. In noīe ieſu
xp̄i nati de v̓gine crucifixi mortui qui reſurrexit ad celū aſcē-
dit vide. Sꝫ vt om̄is ſuſpicio tolleret̄ paulus dixit dyoniſio vt
hec ipe v̓ba ꝓferret. Cū ergo dyoniſius ī eadē forma ceco vt
videret dixiſſet ꝓtinus viſuꝫ recepit. Statimqꝫ dyoniſius cū
damare vxore ſua et tota familia baptizat⁹ eſt. et fidelis effe-
ctus eſt. ſicqꝫ a paulo per trienniū inſtruct⁹ athenis ordinat⁹
eſt. Ubi ipe p̄dicatiōi inſiſtēs ipam ciuitatē et maximā partē
regiōis illi⁹ ad fidē xp̄i ꝯuertit. Poſt hoc romā veniēs a pō-
tifice romano clemēte miſſus eſt in franciā p̄dicādi gr̄a ⁊ ad
vrbē pariſius deuenit vbi poſt aliqđ tp̄s et ānos ꝯmiſſuꝫ ſibi
opus ardēter ꝓſequēs tandē a p̄fecto feſtēnio ꝓpter fidē ca
tholicā dyoniſius cū ſocijs Ruſtico ⁊ eleuterio tortoribꝫ tra
dunt̄. Et ep̄s dyoniſius expoliat̄ ⁊ a nouē militibꝫ flagellat̄.
flagellant̄ ⁊ ſocij cū magno pondē cathenaꝝ ꝯſtricti recludū
tur. Scđo in cataſtis extēſi ⁊ flagellati ſūt ſil'. Tercio dyoni-
ſius ſuꝑ lectū ferreū nud⁹ extēdit̄ et ſupponit̄ ignis. Quarto

ad famelicas beſtias ꝓijcit̃ ſ; nõ ledit̃. Deiñ cũ m̃ltis fidelib⁹
includit̃ vbi dũ miſſa; celebraret et ppl'm cõmũicaret lux ve-
nit ſuꝑ oẽs et dñs ihs xp̃s cũ m̃ltitudĩe angeloꝝ venit et dãs
ei panẽ dixit ſcto dyoniſio. Accipe hoc chare me⁹. q2 mecũ eſt
maria merces tua ⁊ ꝓ quib⁹ pecieris impetrab. Sexto educti
ſit̃ de carcere denuo flagellant̃. Septio iuxta ydolũ mercurij
triũ capita in cõfeſſiõe trinitatis cũ ſecurib⁹ p̃ſcindunt̃. Mul
ti etiã alij fideles cũ ipis ſũt trucitati ⁊ lux magna reſplẽduit.
Cũq; decollati fuiſſent ſtati corpus ſcti dyoniſij erexit ſe ⁊ ca
put ſuũ int̃ brachia ãgelo duce ⁊ celeſti lumĩe p̃cedẽte ꝑ duo
miliaria deportauit a loco ſc; q̃ d̃r mõs martyrũ vſq;ad locũ
vbi nũc electõe ⁊ dei ꝓuidẽtia req̃eſcit. Paſſi ſũt aũt ãno dñi
nõageſimoſexto ſb domicião etatis v̓o bti dyoniſij nõageſimo
ger c cclxxxij ¶ Ciuitate agrippinẽſi ſcti gereonis martyris cũ alijs trecẽ
tis octodecim q̃ ꝑſecucõe maximiãi tirãni ꝓ vera pietate colla
paciẽter gladijs ſubdiderũt. Itẽ ſcti corbonij epi qui milites
xp̃ianos hoſpicio recepat ꝓpterea a rege gotharũ vrſe feroci
ſubicit̃ q̃ ſcti viri pedes laniebat ⁊ poſtmodũ felicit̃ i dño q̃euit
ar d cclxxxiij ¶ Apud tharſu; metropolim cilicie ſctoꝝ martyrũ tharaci
probi et androni. q̃ ſb dyocleciano p̃mo lõgo tp̃e carceracõis
ſqualore afflicti ⁊ diuerſis tormẽtis examinati ſũt. ſcdo neruis
grauit̃ ceſi ſũt. tercio teſticul' acutiſſimis defricati. q̃rto bapi-
ro ardẽti circa latera aduſti ⁊ fractis tybijs cruciati ſũt. q̃nto
leonib⁹ traditi q̃ eos nõ leſerũt. ſexto iuſſu impijſſimi tirãni
crudelit̃ iugulant̃ ⁊ inter occiſos ꝓ criminib⁹ ꝓiciunt̃. Xp̃ia
ni ꝑ deũ orabãt vt deus eis ſcta corpa martyrũ oñdere digna
retur et viderũt ſtellã ſplẽdidã ſup̃ ſingl'a corpa reſplẽdentẽ q̃
cũ gaudio rapiẽtes ſtella ea p̃uia ad locũ ſepulture ſepelierũt
te c cclxxxiiij ¶ In affrica ſanctorũ martyrũ et confeſſorũ quattuor miliũ
nongentoꝝ ſeptuaginta ſex ſub honerico rege wandaloꝝ im
pijſſimo arriano heretico. qui cũ eſſent eccl'iaꝝ dei preſbiteri
et dyacones catholice v̓itatis inhorribil' heremi truſi exiliũ

ad extremū varie cruciati martyriū ꝯſumauerūt. Aliq̄ em̄ lan
ceis ⁊ lapidib⁹ tūdebant. alij ligatis pedib⁹ ad caudas equoꝝ
ꝑ dura ſaxa cerebro ꝯfringebant̄ oſſibuſq̄ colli ͦdebant̄ ⁊ toti
laniebant̄. Int̄ q̄s erat felix ⁊ ciprian⁹ p̄cipui dn̄i ſacerdotes.

¶ In hiſpanijs ciuitate cordula paſſio ſanctoꝝ martyrū fau
ſtini ianuarij et marcialis. qui primo eculei pena cruciati. de
inde ſupercilijs raſis aurib⁹ q̄z ⁊ narib⁹ p̄ciſis dentib⁹ etiā ſu
perioꝛib⁹ euulſis ad vltimū ignis adustiōe martiriū ꝯſumaue
rūt. Itē apud auſtriā iuxta danubiū ſc̄ti colomāni martyris
qui fuit de ſcocia genit⁹ et in ꝑegrinatiōe ꝯſtitut⁹. cōtra virū
dei oꝛta eſt falſa ſuſpicio tanquā veniret cauſa exploracōis et
perdende regiōis. Hac ſuſpicōe furioſe plebis animi adeo in
tenderunt aduerſus famulū dei vt ſcopis atrociter caſtigatū
traderēt ad cuſtodiendū. Poſtea die iudici p̄ſtandū ſed in-
uictus chriſti miles ſe p̄parauit ad ſuppliciū cupiēs adipiſci
coronā legittime certātib⁹ ꝓmiſſaꝫ. Ut aūt ventū eſt an̄ iudi
cem modeſtiā quā in animo habuit ſermone habitu demon-
ſtrauit. Interrogat⁹ itineris ſui cauſam veracit̄ expoſuit ſcꝫ
cauſa ꝑegrinādi et p̄dicandi fidē xp̄i. Tūc iudicis edicto aſpe
ris cedebat̄ v̄berib⁹. vt ſi exploratoꝛ eſſet ſaltē ꝯfiteret̄ penaꝝ
doloꝛib⁹ victus. Sꝫ fortiſſim⁹ atletha colomānus flagra toꝛ-
toꝛum lapides ouaq̄ fortit̄ ignita candentē foꝛpicē qua quidē
ꝯuerſus malleatoꝛ coꝛpus eius miſerabilit̄ vellēdo cruciauit
Lamine etiaꝫ quo oſſa ei⁹ crudelit̄ lacerant̄ in nixus p̄ſidio
xp̄i mollificauit. Carnifices vero vidētes inuicti viri dei con
ſtantiā aīam eius toꝛmētis ſicut aurū qd̄ in foꝛnace ꝓbat̄ ex-
coctā tandē toꝛque ſuſpēderūt ſꝫ ſc̄ti viri coꝛpuſculū cū bar-
ba crineq̄ creſcētib⁹ materiali coꝛrupcōe ꝓcul remota nō pu
truit. Inſup toꝛques in qua pendebat frondūit. Si q̄s aūt no
ſcere voluerit quātū t̄pis ſpaciū pendēdo impleuerit integrū
annū cōputet ⁊ dimidiū. Poſtea apl'is xp̄ianis ad baſilicam
iuxta danubiū ſitā famul' dei colomānus humādus deferebat̄

Tunc poſtmodū ad ſcti petri baſilicā cū honore eſt ſepultꝰ.
ca g cclxxxvj ⁋Rome via aurelia beati calixti pape et martyris hic ieiu
nium qḋ prius ter in anno fieri ſolebat quater fieri debere vt
ſicut annus ꝑ quattuor voluit̄ tpa. ſic ⁊ nos quaternū agamꝰ
ieiuniū ꝓ nr̄orū purgacōibꝫ criminū. quibus etiā quattuor
tporibꝫ ꝓmotiōes graduū eccłiaꝝ p̄dictꝰ papa fieri cōſtituit.
Itē ꝓhibuit ſacerdotibꝫ amplius habere vxores et induxit
ſeruare perpetuā caſtitatē. Tandē ſcts calixtus ꝓ fide tenet̄
ab alexandro impatore ſub anno dn̄i ducēteſimo viceſimo ſe
cundo et ſub diuturna cuſtodia. Primo fame in carcere cru
ciat̄. ſcdo fuſtibꝫ cedit̄ et mactat̄. tercio ꝑ feneſtrā domus ſue
p̄cipitat̄. quarto ſaxo ad collū ligato dimergi in puteū iubet̄.
quē auſterius p̄ſbiter inde leuauit et cū calopodio ep̄o hono
rifice ſepeliuit. Itē ſcti burckardi primi ep̄i herbipolenſis.
lix A cclxxxvij ⁋Apud affricā tricentūſexaginta martyrū. qui tpe ꝑſecu
tionis wandalice poſt multa tormēta et exilij relegatiōe vin
ctis pedibus poſt terga currenciū quadrigarū inter ſpinoſa
loca ſiluarum iuſſi ſunt pariter interirere. Itē lugduno ſan
cti antiochi epiſcopi qui ſtrenue adminiſtrato pontifici cul
mine ad quod aſſumptus fuerat. regnū celeſte adeptus eſt.
gal b cclxxxviij ⁋Sancti galli abbatis. qui a parētibꝫ ſuis nobilibꝫ ſan
cto columbano eſt traditus. qui apud ybermā famoſus erat
et ſcte vite vt ipm gallum inſtrueret qui quotidie ꝓfecit in vi
ta ſciēcia et moribꝫ. Clemētes aūt in almaniā vidēs ſctus co
lumbanus ſctm gallum bone indolis prouehi eū fecit ad ſa
cerdocij gradū. Poſt hoc ſcts columbanus ytaliam intrauit.
Gallus vero in dyoceſi et territorio ſimulacra gentiliū elimi
nauit et plures homies ad fidem cōuertit. Itē ſcto gallo in
mari almanico piſcāte de vertice montis demon clamauit de
moni in lacu latitāti. Adiuua vt gallū cū ſuis ſocijs eiciamꝰ
de nr̄is finibꝫ. Rn̄dit demon hoc nō poſſū. qꝛ xp̄s et eius an
geli hunc defendūt. Quibꝫ gallus coniuro vos ꝑ ipm xp̄m vt

de his finibꝫ recedatis et nullū ledatis et mox dire voces de-
monum recedētiū ſunt audite. Ob hoc inſtigāte demone gal
lus cū ſuis a duce ex prouincia expellunt. ſed xp̄s aliā viā in
uenit qꝛ filiā ducis demon intrauit regi francie deſponſatā.
quā cū ſcūs gallus a demonio liberaſſet ita vt quaſi auis ni-
gerrima euolaret de ore puelle. dux coegit ſcūm gallum ep̄o
pari filia v̄gine ꝑmanēte. Sꝫ nolēs ſcūs gallus ſuū diſcipulū
iohannē ep̄m conſtanciēſem inſtituit. Deīn cū mlti ad eū con
gregarent cenobiū ꝯſtruxit. vbi quadringētorū monachorū
pater extitit qui oēs ſcē vixerūt excepto ebronio quē regina
francoꝝ de monaſterio egreſſū maiorē domus ſue regie fecit.
Ipe ſcūs gallus v̄tutibꝫ plenꝰ apud arbonā caſtrū ad dn̄m
migrauit et feretrū eiꝰ de loco moueri nō potuit. Donec dn̄i
iohānis ep̄i cōſtanciēſis cōſilio equis in domitis ſuperponit̄.
qui frenis ablatis recto itinere ꝑuenerūt ad cellā ſcī galli.
Itē duo cerei de domo p̄ſbiteri in qua ſcūs gallus obijt cū fe
retro delati nō ſunt extincti. quoꝝ vnus ad caput alter ad pe
des poſiti ꝑ triginta dies ardebāt miraculoſe deo miniſtrāte
cerā. Tūc inuēta eſt capſella in cella ſcī galli cū feretro de-
lata in qua erat ciliciū ⁊ enea cathena ſanguīe cōſperſa quibꝫ
ſcūs gallus macerauit corpus. Et ſepultꝰ eſt a iohāne ep̄o cō
ſtanciēſi ſuo filio ⁊ diſcipl'o in loco decenti mario cū honore.
In affrica ſcōꝝ martyrū ducētoꝝ ſeptuaginta parit̄ corona
torū et ſcōꝝ martyrū marciani ⁊ ſatiriani cū duobꝫ fratribꝫ
eorū. qui ꝓ conſtancia catholice fidei p̄mū nodoſis fuſtibꝫ
ceſi ⁊ vſqꝫ ad oſſa laniati. Cū mlto tp̄e talia paterent̄ ſequēti
die ſp̄ incolomes reddant̄. Nouiſſime exilij religiōe dānati.
Sancte lucine nobilis matrone romane. Cū eſſet annoꝝ le c cclxxxix
ſeptuaginta hortabat̄ filiū ſuū emprepiū ad fidē xp̄i. a quo fi-
lio dyocleciano et maximiano imperatoribꝫ accuſata ꝓ fide
xp̄i. Primo in carcerē eſt miſſa vbi a ih̄u xp̄o dn̄o nr̄o cōſola
ta eſt. Secūdo fuſtibꝫ ceditur et fit terremotus et ſubmergit̄

templū iouis. Tercio in ollam ereā plumbo et pice feruentē
eſt poſita et triduo illeſa permāſit. Quarto plumbo et ferro
onerať et trahiť p plateas ciuitatis. Ea hora viro nobili cui
dā noīe Geminiano viſuꝫ eſt ſibi celū patere ꝛ ſtatī credidit
et baptizatꝰ eſt a prothaſio p̄ſbitero ꝛ cū lucina artať a mega
ſio ꝯſolari ambo nouiſſime gladio ꝯſummunť et a ſcā maxi
mia deo deuota famula ſepeliunť. Itē antiochia natale ſcē
heronis diſcipľi ſcī ignacij epī qui poſt eū eps fcūs viā mgrī
pius imitator ſecutꝰ p grege ſibi ꝯmiſſo amator xp̄i occubuit
An d cclxc Sancti luce euāgeliſte hic ſyrus natione anthiocenus ar
te medicus fuit ꝛ de ſeptuaginta duobꝫ diſcipuľ vnus fuit vir
ginitatē ſeruauit ꝛ ſine crimine vixit. Et licet nō fuerit cū xp̄o
in oīmibꝫ actibꝫ et miraculis xp̄i. Ideo ſuū euāgeliū ſcripſit
ſcđm q̄ beata virgo et apľi qui p̄ntes fuerāt ſibi intimauerūt
et retulerūt. ſicut ip̄e in ꝓlogo ſuo inſinuat dicēs. Sicut tra
diderūt nobis qui ab inicio ip̄i viderūt et miniſtri fuerūt ſer-
monis. Etiā btiſſime marie v̄gini tā familiaris crediť fuiſſe.
q̄ ex eius ſtiſſimo ore et cōceptione ihū xp̄i de natiuitate de
circūciſione de oblatione in templū de fuga in egiptū et quō
eū duodennē in templo inuenit et ſic de alijs veritatē audi-
ret. Hic in vitulo p̄ſignatus euāgeliū ſuū a ſacerdocio ince-
pit. Nā poſtq̄ matheus in iudea et marcus in ytalia euāge
lia ſua ſcripſerāt. lucas ſpū ſcō repletꝰ in partibꝫ achaye ſcri-
pſit euāgeliū in greca lingua ne greci fideles a iudeis ſiue he
reticis poſſent ſeduci. Cū aūt dupliciť ꝯſueuerit teſtimoniū
requiri ſcꝫ de viſis ꝛ auditis. Ideo dñs vt dicit Augu. duos
teſtes voluit habere de viſis ſcꝫ matheū ꝛ iohannē. et duos de
auditis ſcꝫ lucā ꝛ marcū. et qm̄ teſtimoniū qđ eſt de viſis fir-
mius ꝛ certius eſt q̄ illud eſt qđ eſt de auditis. Ideo vt dicit
Augu. duo euāgelia q̄ ſunt de viſis ponunť extrema. Et alia
duo q̄ ſūt de auditis ponunť media vt hec media tanq̄ infir-
miora ab illꝭ exterius q̄ ſūt cerciora hinc inde fulciāť ꝛ roborēť

Paulus etiã ſanctũ lucam magne auctoritatis aſſerit fuiſſe
dũ laudẽ eius in euãgelio eſſe ꝑ omnes eccłias teſtatur. Hic
paulum ſecutus eſt. Etiã ipm in vinculis nõ deſeruit. Deinde
ad ſcribendũ actus apłoꝝ ſe tranſtulit. Inſuꝑ crucis xpi mor
tificationẽ iugiter in ſuo corꝑe ꝓ honore nois ihu xpi porta-
uit. Unde et martyrij ṽginitatis ⁊ p̃dicacõis aureolas ꝓme
ruit. In bithinia ſiue frigia maiore gregem dñi ṽbo ⁊ exem
plo docuit. Et inſtante ſenectute ſeptuaginta tribus annis
etatis ſue cõpletis in pace ad eternã pacem tranſiuit. Cuius
corpus in eadẽ ciuitate a catholicis humatũ decẽter miracul
mł'tis emicuit. Poſt hoc regnãte conſtantino cõſtantinopo-
lim eſt trãſlatũ ⁊ honorifice ſepultũ cũ corꝑe ſcti andree apłi.

Apud alexandriam egipti metropoli natale ſanctoꝝ mar cas e cc xcj
tyrum ptolomei et lucij ſub anthonio cognomẽto pio. Quo
rum prior multo tempore ſqualore carceris maceratus et ad
vltimũ cum de chriſti magiſterio publica confeſſione teſtare-
tur iuſſus eſt duci ad mortem. Sequens q3 eum ſe xpianum
lucius liberrime fateretur ſimilem ſententiam accepit.

Apud amonenſem prouinciã natale beati maximi leuite vel f cc xcij
et martyris. qui paciẽdi deſiderio inquirẽtib9 ſe ꝑſecutorib9
palam oſtẽdit. et poſt reſpõſionũ conſtantiã eculeo ſuſpenſus
ac tortus. deinde fuſtib9 ceſus ⁊ ad vltimũ obrutus occubuit.

In ciuitate colonia natale ſanctiſſimaꝝ virginũ vndecim vn g cc xciij
milium. quarũ ſancta vrſula fuit et regina. quarũ paſſio mira
bilem deũ in ſctis ſuis p̃dicat ⁊ cũctos fideles inuitat ad coro
nam. Fuit aũt earũ paſſio hoc ordine celebrata. In britania
nãq3 rex xpianiſſim9 fuit noie nothus. qui filiã noie vrſulam
generauit. Hec mirabili morũ honeſte ſapia et pulcritudine
pollebat. Rex autẽ anglice audita huius ṽginis fama beatũ
ſe fatebat̃ ſi p̃dicta virgo ſuo vnigenito copularet̃. Iuuenis
etiã ad hoc eſtuabat. Rex anglice procos mittit et procatur
minis terret ſi ſpernatur filio ſuo poſcens vrſulam. Rex aũt

pater vrſule cepit plurimū anxiari. Tum qꝛ xpi fide inſignitā
cultori ydolorū tradere indignū duceret. Tū qꝛ ipaȝ nullate
nus cōſentire cognoſceret. Tum qꝛ regis ferocitatē formida
ret. vgo aūt diuinitꝰ inſpirata pr̄i ſuaſit vt regi aſſenſuȝ pbe-
ret ea tñ cōdicōe vt ipe rex cū pr̄e virginis. Decem vgines ele
ctiſſimas ſibi ad ſolaciū traderet. Et tā vrſule ꝙ alijs vginibꝫ
vnicuiqꝫ mille vgines aſſignaret. Et cōpatis trieribus indu-
cias triennij ſibi daret ad dedicacōeȝ ſue vginitatis et ipe iu
uenis baptiſatꝰ in hijs tribꝫ annis in fide xpi inſtrueret. Que
oīa ꝓmittūtur claſſes parant. Juuenis baptizat vndiqꝫ vir
gines ꝯfluunt. vndiqꝫ viri ad tam grande ſpectaculū currūt.
Confluebāt proceres et primates ad tā grande ſpectaculū ⁊
oēs admiracōe et gaudio replebant. Trieribus ergo ⁊ vir
ginibꝫ ac ſumptibꝫ pparatis cōmilitonibꝫ ſuis vrſula ſecretū
reuelat et in nouā miliciā ſecreto oēs cōiurant. Nā mō belli
preludia inchoāt mō currūt mō diſcurrūt. Interdū bella ple
rumqꝫ fugā ſimulāt. omniūqꝫ genere ludorū exercitate. aliqñ
meridie aliqñ vix veſpe redibāt. Tandē cū ſcā vrſula oēs vir
gines ad fidē ꝯuertiſſet ſub vnius diei ſpacio flante ꝓſpero
vento coloniā deuenerūt. Ubi angelus dñi vrſule apparuit ⁊
pdixit eas illuc integro nūero reuerſuras ⁊ coronā martyrij
ibidē percepturas. Inde ergo ad angeli āmonicōȝ romā tendē
tes ad vrbem baſileā applicauerūt. et ibidē relictis nauibꝫ ro
mam pedeſtres venerūt ad quaꝝ aduentū papa ciriacus valde
eſt gauiſus. cū et ipe de britonia eſſet oriūdus. et mltas inter
eas cōſanguineas haberet. factus eſt aūt eorū ſocius indiui-
duus. Multas etiā ex ipis que adhuc baptizate non fuerāt
baptizauit. Dignitatē et officiū cardinalibꝫ et oñi pplo re-
clamāte reſignauit. Almechiū ſcūȝ i pōtificē ordiauit. Cū aūt
virgines a roma redirēt. Ethereus ſponſus ſcē vrſule a dño
admonet vt protinꝰ ſurgēs ſponſe ſue occurrat. vt cū ea in co
lonia martyrij palmā accipiat. qui diuinis monitis acqeſcēs

matrē ſuā baptizari fecit. et cū ip̄a et ſorore ſua paruula flo-
rentina iam xp̄iana nec nō clemente ep̄o ip̄is virginibꝫ obui
ans ſe ad martyriū ſociauit eiſdē. Interea ſupueniāt coloniā
ſubito cū exercitu ſuo rex hunorū athilia in dei flagellū ⁊ om
nibus fere ignorātibꝫ ciuitatē coloniā redierūt et ip̄am iam
obſeſſaꝫ ab hunis inuenerūt qui huni putātes hoſtes irruere
ſup eos. ⁊ anteꝗ audiāt vel interrogēt cū clamore nimio ſup
eas irruūt. et totā illā multitudinē atrociter occiderūt. Cum
aūt ad beatā vrſulam ceteris iugulatis veniſſent. Uidēs prin
ceps eiꝰ mirā pulcritudinē obſtupuit. et conſolās eā ſup nece
virginū cū blādicijs eā conat̄ allicere maiora pollicēs perdi
tis dū eū ſuo cōſenciat cōiugio copulari. Sꝫ cū hec illa peni
tus reſpuiſſet ille tirannꝰ contemptū ſe vidēs directa ſagitta
eam trāſfixit et ſic illa martyriū ꝯſummauit. Tūc agnus dei
ſponſus v̄ginū ſponſis ſuis cōpaciēs vt leo fortis exercitū ce-
leſtem ꝯtra athiliam et ſuos miſit ⁊ oēs in fugā ꝯuertit. Ci-
ues aūt coloniēſes cū fletu et gaudio ſc̄a corp̄a ſc̄aꝝ v̄ginū
ſicut decēcius poterāt ſepelierūt. Merito tota germania le-
tatur harū patrocinijs et vſqꝫ ad orbis terminos ipſaꝝ victo
riam dilatat̄. Inter oīa legis noue miracula factū de hijs
virginibꝫ ſatis reputo mirabile et glorioſum.

Apud coloniā cordule v̄ginis ⁊ martyris hec tymore per ſe A ccxciiij
territa cū ſc̄a vrſula et cetere eiꝰ ſodales iugularent̄ in naui
nocte illa ſe abſcōdit. ſed cū vidiſſet ab āgelis ſociaꝝ animas
deferri in celū in craſtino ſponte ſe obtulit in mortē. ⁊ reginā
ſuā quā alie p̄ceſſerāt eſt ſecuta. Sꝫ cū eius feſtū nō fieret eo
die ꝗ cū eis paſſa nō eſſet ipſa poſt longū tp̄us cuidā recluſe
apparuit p̄cipiēs vt ſequēti die a feſto v̄ginū. eius qꝫ ſolenni-
tas recolat̄. paſſe ſunt aūt anno dn̄i ducēteſimo decimo octa
uo. Itē ſc̄i hillarionis abbatis ⁊ ātiqui p̄ris. qui cū parētes
haberet ydolis deditos vt roſa de ſpinis floruit audiēs cele-
bre nomē ſc̄i anthonij perexit ad heremū et ſtatim vt eū vidit

mutato priſtino habitu duobus menſib9 apud eũ manſit con
templans ordinẽ vite eius ordiniſq3 grauitatẽ et deuotionẽ
ipſius valde edificat9 eſt. et etiã durã vitã adeptus eſt. ⁊ fecit
ſibi cellã valde breuẽ. que vſq3 nũc manet latitudie pedũ quat
tuor altitudie pedũ quinq3. longitutudie paulo ampliorẽ in
qua eius corpuſculũ paciebat̃ vt potius ſepulcrũ ꝙ̃ domum
crederes capillos ſemel in anno totondit. Sup humũ nudã
in ſtratu iunceo vl' ſtupeo vſq3 ad mortẽ cubauit. Saccũ quẽ
ſemel indutus fuerat nunꝙ̃ lauit. nec mutauit alterã tunicã
niſi quã prior penitus ſciſſa eſſet. ſcripturaſq3 ſctas memori-
ter tenens poſt orationẽ pſalmos quaſi octuaginta penitẽtie
recitauit. Sicq3 complens ordinẽ vite nunꝙ̃ ante ſolis occa-
ſum nec in dieb9 feſtiuis nec in graui infirmitate ſoluebat ieiu
nium. Idẽ potẽtiſſim9 in miracul' fuit. Et cũ criſicius abſens
eſſet qui eũ ſemꝑ familiariter dilexit quaſi in teſtamẽti vicem
in extremis ꝓpria manu ſcribebat epl'am oẽs diuicias ſuas ei
derelinquẽs ſc3 euangeliũ ſimul et tunicã ſaccinem cucullã
et palliolũ. Et cũ in extremis iaceret dixit confidẽter. Egre-
dere anima mea quod dubitas habes id eſt miſericordẽ redẽ
ptorẽ et remũeratorẽ. ſeptuagintaquinq3 annis ſeruiſti xp̃o
et mortẽ times. In hec v̾ba exaltauit ſpm̃ ⁊ intrauit in celũ.
ſe b ccxcv Apud coloniam ſcti ſeuerini epi. vnde legit̃ de eo ad cor
rectionẽ oĩm clericorũ. ꝙ ipſe deo dilectus a celeſti gl'ia poſt
tranſitũ de hoc mũdo fuit ꝑ annos quattuordecim retardat9.
nõ ꝑ aliquo defectu alio niſi ꝙ horas canonicas negligẽti9
legit̃ ꝑſoluiſſe. Quid ergo eſt de nobis miſeris qui neſcim9
an amore aut odio digni ſim9. Itẽ apud antiochiã ſirie nata
le ſcti theodori preſbiteri. Qui perſecucõe iuliani impij poſt
eculei penam et multos ac duriſſimos cruciatus etiã lampa-
dibus circa latera oppoſitis inflamatus. Cũ in ꝯfeſſione xp̃i
perſiſteret immobilis occiſione gladij martyriũ ꝯſummauit.
ve c ccxcvj In venuſia ciuitate apulie natale ſãcti ianuarij p̃ſbiteri.

qui tempoꝛe dyocleciani diu vinculis et carceribꝫ maceratꝰ
tandẽ gladio decollatꝰ migrauit ad dñm. Itẽ ſancte Rade
gundis regine francie. Factũ eſt vt franci regnũ thuringie.
quod tũc regnũ fuit ad debellandũ regem ipſius cũ maximo
exercitu penitꝰ ſubiugauerũt. et ideo qꝛ vſqꝫ tũc thuringi pꝛe
omnibꝫ almanis latrocinia exercere ſedule dinoſcãt. Acci-
dit aũt vt occiſo rege eoꝛũ cũ omnibꝫ ſubditis diſperſis pari-
ter et turbatis ⁊ filia regis thuringie nomine radegundis in
tenera etate pulcra valde facies longe pulcrioꝛ moꝛibꝫ capta
a rege francoꝝ in franciã cũ ceteris ſpolijs ducta eſt. quã ſibi
rex ꝓpter illuſtrã ꝓſapiã et foꝛme eleganciã ac ꝑcipue ꝓpter
vitã et ꝯuerſacoẽꝫ ipſius ſibi in coniugẽ ſponſauit. Iã mollẽ
ſtratũ deteſtãs. in duro ligno cubãs ⁊ doꝛmiẽs eſt inuẽta. De
licata cibaria oꝛi ſuo ſubtrahẽs pauꝑibꝫ reſeruabat. frequẽs
in oꝛõne cũ doꝛmire putaret in capella caſtri eſt reꝑta. Et ca
pellã intrans puluerẽ omnẽ altaris detergẽs ⁊ in veſte ꝑcioſa
expoꝛtãs extra capellã in loco mũdo ⁊ honeſto obruit humo
ne poſſet pedibꝫ cõculcari. Cũ aũt creuiſſet in oĩbꝫ virtuti-
bus ſe exercẽs infirmos. ⁊ captiuos cõſulãdo ⁊ quicquid ha
bere poterat illis per nuncios clam tranſmiſit. Captiuos qñ
ad ſe vociferãtes audiuit de carceribꝫ niſi abſoluerent nulla
tenus cõquieſcebat. Vñ adhuc hodie a cũctis captiuis ⁊ affli
ctis tanq̃ liberatrix iugit implorat. Cũqꝫ ieiunijs ⁊ oꝛonibꝫ
atqꝫ vigilijs in dei ſeruicio ſe exercuiſſet. ſctm medardũ epm
rogauit vt eã ſacro velamĩe xp̃o ſpõſaꝫ perpetuã inſigniret.
qđ ille timoꝛe regis nõ audẽs facẽ ab ea increpat de ſupfluo
timoꝛe. Et ipa ſctm induit habitũ ⁊ ita hũilr tenuit ſe vt cal
ciamẽta aliaꝝ ṽginũ extraheret ⁊ extergeret qñ ꝑmittebat ac
lauare vtenſilia domꝰ coquine vaſa oĩbꝫ conatibꝫ appetiuit.
Inſuꝑ vt ſibi cura infirmoꝝ iniũgeret inſtãtiſſime poſtula-
uit. qbꝫ ipa deuotiſſime ſeruiuit. Soꝛdes eoꝝ minie ꝑhoꝛre-
ſcẽs. ⁊ eis ſolicite ãminiſtrãs. Et cũ diu ſic laboraſſꝫ ieiunijs

coꝛrepta febꝛibꝫ cepit grauiter infirmari. Tandem ad extre
ma perducta domin⁹ ieſus eam vocauit et ſic feliciter obijt.
criſ dccxcvij ¶ Apud vrbē ſueſſionis natale ſanctoꝝ martyrū criſpini ⁊
criſpiniani. qui cū eſſent nobiliſſimi romani ꝓpter fidē xpi di
latandā a roma egreſſi vt alibi etiā fidē xpi p̄dicarēt vbi ho-
mines tam crudeles erant. ꝙ nullus eos hoſpicio recipe di-
gnabat̄ ⁊ ob hoc artē ſutoꝛiā didicerūt. in qua in breui ambo
magiſtri pꝛobatiſſimi ſunt effecti. et quādocūqꝫ laboꝛauerūt
mercedē pꝛeter victū aliquā nō perciperūt. Unde pagani ab
eis verbū vite libentiſſime audiebāt. qui ꝓpter fidē catholicā
ſub ꝑſecucōe dyocleciani. Pꝛimo extenſi ſunt a iudice ⁊ fuſti
bus ceſi. Secūdo iudex ſubulas in vngues eoꝝ miſit. Tercio
coꝛrigias de doꝛſis eoꝝ iuſſit eis exſcidi. ⁊c. oꝛantibꝫ aūt eis
ſubito exilierūt ſubule cū impetu ⁊ quoſdā toꝛtoꝛes penit⁹ pe
rimētes alios vulnerātes. Quarto iuſſit molas ad colla eoꝝ
ligari et ſub glacie in flumine dimergi. Sꝫ nec aqua mergere
nec petra retinē nec glacies potuit eos reſtringē frigē. Quin
to in plumbū liquefactū ſunt miſſi ſed non leſi. Et plumbi fer
uentis gutta in oculū peſſimi iudicis inſiliēs eū vno pꝛiuauit
oculo. Ob hoc nimis iratus. Sexto ſctiſſimos viros et mar-
tyres miſit in feruefactā picē cū feruido oleo ꝑmixtā vñ illeſi
ꝑ angelū ſunt educti. Hic turbat⁹ iudex iniquus in ignē deſpe
ratus ſe ꝓiecit in quo vt demeruit exuſtus. oꝛauerūt ergo ſcti
ne negligētia pꝛiuarent̄ martyrio et nocte apparēs eis āgelus
dixit. Cras erit volūtas vr̄a. ꝙ ita factū eſt. Nam maximia-
nus audito moꝛte iudicis ſui veniēs ꝑſonaliter ad locū ⁊ eos
decollari iuſſit. et coꝛpa eoꝝ canibꝫ ⁊ beſtijs derelinqui. Sꝫ
nocte pꝛoxia ſenex quidā ab angelo pꝛemonit⁹ ea vt iuſſum
ſibi fuerat talit̄ ſepeliuit. Fuit em̄ cū ſoꝛoꝛe ſua ſimilit̄ vetula
et ſinguli ſingula coꝛpa leuiter ferebāt. nauiculāqꝫ caſu inue
niunt in quā coꝛpa ſctoꝝ imponūt et ſine vēto ⁊ remige ꝯtra
aque curſuꝫ aſcēdūt et ſepultis ſctiſſimis coꝛpibꝫ reuertunt̄.

Nnio contingit monitu angelico indicātur xpianis qui tan
ta multitudine confluxerant q̄ de cella ſenis et ſororis ſue
monaſterium conſtruxerunt.
Sancte pelagie virginis. que nobilis diues ꝛ ſpecioſa val pi e cclxxviij
de fuit ſed virtutibꝫ et moribus ornatior. que a quodā ado-
leſcente nobili in coniugiū petebatur. ꝛ parētes aſſenſum pre
buerunt. Sancta virgo media nocte tunſis crinibus et habi-
tu virili indutа clam aufugit ꝛ monaſteriū virorū intrauit in
quo deuote deo ſeruiuit ꝛ incognita vſqꝫ ad mortē permāſit
Itē apud affricaꝫ natale ſc̄ti martyris Rogaciani p̄ſbiteri.
qui pſecucōe decij et valeriani illuſtri martyrio eſt coronatꝰ
de quo etiā ſcribit ſanctus ciprianus in epiſtola ad ꝯfeſſores.
In hiſpanijs ciuitate edula paſſio ſanctoꝝ vincencij ſabi- ni f cclxxix
ne criſtente qui ꝓ fide catholica ſub daciano preſide. Primo
in eculeo ſunt extenſi vt om̄es cōpages membroꝝ eoꝝ laxarē
tur. Secūdo capita eorū lapidibꝫ ſuperpoſita vſqꝫ ad excuſſi
onem cerebri validis vectibꝫ ſunt cōcuſſa ꝛ ſic martyriū com
pleuerūt. Itē eodē die vigilia Simonis et iude apoſtoloꝝ.
Natale ſanctorū apl̄oꝝ Simonis chananei et thatei Si g ccc
qui etiā iudas iacobi legit̄. Hij duo apl̄i fuerūt filij
ſororis marie virginis. Quoꝝ ſimon apud egiptū.
thateus apud meſopotoniā et pontū p̄dicauit. Hic iudas vt
in eccleſiaſtica ſcribit̄ hiſtoria ad abagarū regē ediſſe miſſus
fuit poſt aſcenſionē dn̄i. et tulit epl̄am ex ꝑte dn̄i ihu xp̄i ꝛ ſa
nauit eū corde et corꝑe. Hij duo poſtea ſil̄ perſiam ingreſſi.
cū ibidē innumerā gentis ipius multitudinē xp̄o ꝛ xp̄iane fidei
ſubdidiſſent. regē cū principibꝫ baptizaſſent. ac zaroes et ar-
faxat magos inde fugaſſent. veniūt ad aliā regionē in ciuita-
tem quādā cui nomē erat ſenayr. vbi erāt octuaginta pōtifi-
ces ydoloꝝ quos memorati magi ſcꝫ zaroes et arfaxat ꝯtra
apl̄os cōcitauerūt. vt cū illi venirēt aut eos ſacrificare cōpel
lerent aut penitus occiderent. Cū aūt apl̄i in p̄dicta ciuitate

fidem et verbū dei pdicaret. pdicti pōtifices cū vniuerſo pplo capiūt eos ad tēplū ſol' deducūt. ⁊ ſacrificare ↄpellūt. Quod apl'i tenuerūt ⁊ ydolū orone ſua corruere fecerūt qđ videtes pontifices in apl'os irruerūt ⁊ eos ꝓtinus trucidauerūt. In ipa aūt hora cū nimia eſſet ſerenitas tāta fulgura extiterūt. vt tēplū ipm̄ tripharie ſcinderet. Et illi duo magi in carbōes ictu fulguris vertecent. Rex aūt corpa apl'oꝝ ad vrbem ſuā trāſtulit ⁊ ad eoꝝ honorē eccl'iaꝫ mire magnitudīs fabricauit

mo A cccj ¶ Sancti narciſſi epi. qui ſanctā affram ↄuertit ⁊ martyriū ſuſtinuit pro fide catholica et apud aguſtam ſueuie ſolēniter colitur. quia eiuſdē loci fuit apl's a deo illuc miſſus.

nis b cccij ¶ Sancti germani epi. Hic ſanctus vir ꝓpter infirmitatē venit ad balnea calida et inuenit ibi ſctm̄ paſcaſium archidyaconū romane eccl'ie. Cuius dalmatica poſt mortē demoniacū curauit. Sed ꝓpter hoc ſolū. quia incōtentiōe que habebat inter ſimachum et laurenciū quoꝝ quilibet voluit eſſe papa laurencio aſtitit ex errore ⁊ ſimachū recuſauit. Et hāc culpā fletibus nō purgauit. ſed ſcts germanus ꝓ eo obtulit hoſtiā ſalutarē et de purgatorio liberauit eū. Cuius germani aīam poſt obitum ſuū vidit ſcts benedictus cum lumine magno in celum trāſferri. Itē ciuitate tignitina paſſio ſcti marcelli centurionis qui capitis abſciſione martyriū conſumauit.

quin c ccciij ¶ Vigilia omniū ſanctoꝝ. Item in gallijs oppido vico madenſi natale ſancti quintini martyris. qui ſub maximiano impatore eius iuſſu capit et a quattuor quaternionibꝫ extenſus grauit vſqꝫ ad defectū cedenciū vberat. Secūdo carceri tenebroſo mācipat. ſꝫ media nocte abāgelo ſoluit ⁊ in medio ciuitatis verbū dei pdicās inuenit. Unde iterū capit. Et tercio in eculeo ſuſpendit. et vſqꝫ ad ruptionē venarū extendit. Quarto neruis crudis grauiſſime cedit. Quinto oleū pix ⁊ adeps feruētiſſimū vulneribꝫ eius infundit. Sexto teſticulis ferreis leditur et cū preſidem derideret iratus maximianus.

October

Septimo calcem acetum et ſinapium in os eius proici iuſſit. Octauo duos clauos a capite vſqꝫ ad crura eius tranſfigi et decem inter vngues et carnē infigendo tormētari et tandez nono decollari. Itē apud ratiſbonā ſcti wolfgangi epi ciuitatis eiuſdē. Hic ſctm vdalricū auguſtenſem epm ſepeliuit. hic etiā ſcts obtinuit ſue ciuitati multa beneficia apud deū. De quibꝫ vſqꝫ hodie publica fama populi in dño gloriat̃.

November.

Festiuitas beate dei genitricis et omniū martirū cc. om d ccciiij

Quā bonifacius papa celebrē et generalē inſtituit agi oīmbꝫ annis in vrbe roma. ſed et gregorius pontifex poſtmodū decreuit eandē in honore oīm ſctoꝝ ſolēniter feſtiuitas ſimul celebrāda ſit ceteris racōibꝫ obmiſſis id facimus ꝓpter obmiſſoꝝ ſupplecōz. Nos eñ multos ſctos obmiſimus de quibꝫ nullā feſtiuitatē ſiue etiā memoriā fecimꝰ. nō eñ poſſumꝰ oīm ſctoꝝ feſta agere. Tū ꝓpter nr̃am infirmitatem. qꝛ infirmi et debiles ſumꝰ nec ad hoc ſufficere poſſumꝰ. Tum ꝓpter tpis breuitatē. qꝛ etiā tps nō ſufficeret. Tū ꝓpter multitudinē ſctoꝝ qꝛ multi et quaſi infiniti ſunt. Nam ſicut hieronimus in quadā epl'a que ſuo kalendario ꝑponit̃ dicit. nullus eſt dies excepto kalendarum ianuariū qui non intra quinqꝫ miliū numerū martiruz repiri poſſit aſcriptus. Ideo eccl'ia rationabilit̃ ordinauit. vt qꝛ oīm ſctoꝝ feſta ſingularit̃ facere nō poſſumꝰ. ſaltez oēs generalit̃ et ſimul honoremꝰ. Quare aūt inſtitutū ſit vt feſtiuitatē ſctoꝝ agamꝰ in terris. wilhelmus altiſſiodorenſis in ſumma de officio ponit ſex rationes. Prima eſt. qꝛ hoc facimus ꝓpter honorē diuine maieſtatis. Cum eñ ſctos honoramꝰ et ipſuz deū in eis mirabilē predicamꝰ. qꝛ qui ſctis honorē tribuit. illū ſpecialit̃ honorat qui eos ſctificauit. Secūda racō eſt. ꝓpter auxiliū nr̃e infirmitatis. qꝛ eñ ꝑ nos ſalutē habere nō poſſumꝰ. ideo ſctoꝝ interceſſionibꝫ indigemꝰ a quibꝫ vt adiuuari mereamur. merito

ipſos honorare debem⁹. Legit᷑ em̄ in tercio regū. ꝙ berſabee que interp̄tat᷑ puteus ſacietatis. id eſt eccleſia triūphans filio ſuo. id eſt ecclˡie militāti regnū ſuū p̄cib͛ obtinuit. Tercia ratio eſt ꝓpter augmentū nr̄e ſecuritatis. vt ſcꝫ p ſctoꝝ gl̄iam q̄ nobis in eoꝝ feſtiuitate ꝓponit᷑. nr̄a ſpes et ſecuritas augmētet᷑. Si em̄ hoīes mortales nob̄ ſimiles potuerūt. ita p ſua merita ſublimari ꝯſtat. ꝙ nos ſimilit᷑ poterim⁹ cū manus dn̄i nō abbreuiata ſit ſicut dicit᷑ yſaie quinq̄geſimo. Quarta cauſa eſt ꝓpter exēplū nr̄e imitatōis. Cū em̄ ſctorū feſtiuitas celebrat᷑ ad imitationē eoꝝ ꝓuocamur. vt ſcꝫ eoꝝ exēplo terrena contemnem⁹ ⁊ celeſtia deſiderem⁹. Quinta rō eſt ꝓpter debitū mutue viciſſitudinis. Scti em̄ de nob̄ in celo feſtū faciūt. qꝛ gaudiū eſt āgelis ⁊ oīb͛ ſanctis ſup vno pctore penitentiā agēte. Ut ḡ viciſſitudine rependam⁹ iuſtū eſt. qꝛ ipi de nobis feſtum agūt in celis. et nos de ipis feſtū agamus in terris. Sexta rō eſt ꝓpter ꝓcuratōeꝫ nr̄i honoris. Cū em̄ ſctos honoramus. tūc nr̄am rem agim⁹ ⁊ nr̄m honorē ꝓcuram⁹. qꝛ eoꝝ feſtiuitas eſt nr̄a dignitas. Nam cum honoram⁹ fratres nr̄os honoramus noſipos. Charitas nanqꝫ facit oīa eſſe cōmunia. Un̄ auguſtin⁹. Tolle inuidiā ⁊ tuum eſt bonū ꝙ habeo.

Ne c cccv

Commemoratio omniū fidelium defunctoꝝ hac die ab ecclˡia fieri inſtituta eſt. vt generalib͛ bn̄ficijs adiuuētur. qui ſpecialia hr̄e nō p̄ualent. Sciendū autē ē ꝙ ſcdm̄ gregoriū ꝙ q̄ttuor ſunt genera ſuffragiorū que maxime ꝓſunt defūctis ſcꝫ fideliū ⁊ amicoꝝ orō. elemoſynarū largitio ieiunioꝝ obſeruatio. ⁊ ſalutaris hoſtie ymolatio. Qd̄ oratio proſit defunctis patꝫ p h̄ ſicut refert Cañ. pariſieſis quidā dn̄ p cimiteriū trāſiens ſemp pſalmū deprofūdis dicebat ꝓ defunctis. Qui cū q̄dā vice ab īmicis pſequeret᷑ p cimiteriū q̄ddā fugiēs ꝯtinuo mortui ſurrexerūt. ⁊ vnuſq̄ſqꝫ inſtrumentū officij ſui in manu habebat. ⁊ ſic viriliter ipm̄ defenderūt ⁊ inimicos territos fugauerūt. Qd̄ elemoſynarū largitio ꝓſit defū-

etis patet ex eo. q in libro machabeorū legit quomō vir for-
tiſſimus iudas collatōe facta duodecim milia dragmas argē
ti miſit hieroſolimā offerri ea ibi p pctis mortuorꝫ iuſte ⁊ re
ligioſe de reſurrectōe cogitās. Niſi em̄ eos q̄ mortui fuerāt
reſurrecturos ſperaret ſupfluū videret et vanū orare pro mor
tuis. Sed qꝛ ꝯſiderabat q hij qui cum pietate dormitionē ac
ceperāt optimā haberēt repoſitā grām. Sancta ergo ⁊ ſalu
bris eſt cogitatio p defunctis exorare vt a pctis ſoluant. Qd
ieiunia ꝓſint defunctis patet. gregori9 dicit. Anime defuncto
rum q̄ttuor modis ſoluunt. Aut oblatōibꝫ ſacerdotū aut pre
cibus ſanctorū aut elemoſynis charorꝫ. aut ieiunijs cognato
rum. qd ymolatio hoſtie ſalutaris p maxime proſit defunctis
multis patet exēplis ex quibꝫ vnū dicā. Refert gregorius in
iiij. libro dyalogorꝫ. qd cum quidā monach9 ſuus noīe iuſtus
ad extremū veniſſꝫ ⁊ tres aureos denarios ſe occulte habere
indicaſſet. ⁊ de hoc ingemiſcēs mortuus fuiſſet. p̄cepit grego
rius fratribꝫ q corpus eius cum tribꝫ aureis denarijs in ſter
quilinio ſepelirēt dicentes pecunia tecū ſit in pditionē. Tan
dem gregorius cuidā e fratribꝫ p̄cepit vt vſqꝫ ad dies triginta
oīm die p eo hoſtiā ſalutarē ymolaret. Qui cū iuſſa ꝯpleſſꝫ
is qui defunctus fuerat in die triceſimo apparuit cuidā fratri
quē frater requiſiuit dicens. quomō habes. Cui ille. huc uſqꝫ
male habui ſed iam mō bene. qꝛ hodie ꝯmunionē recepi. In
ſuffragijs aūt faciēdis eccleſia ꝯſueuit triplicē numerū dierū
obſeruare. ſcꝫ ſeptenariū. trigenariū ⁊ āniuerſariū. Obſerua
tur. ſeptenari9 vt aie ad eterne quietis ſabbatū pueniant. vel
vt eis oīa pcta remittant. que in vita egerunt. que p ſeptem
dies durat. vel vt remittant eis oīa pcta que egerūt cum cor-
pore qd ꝯſiſtit ex quattuor humoribꝫ. et cum aīa in qua ſūt
tres vires. Obſeruat trigenari9 numerus qui cōſtat ex tribꝫ
denarijs vt purget in eis quicq̄t ī fide trinitatis ⁊ trāſgreſſio-
ne decalogi deliquerūt. Obſeruat āniuerſari9 vt de ānis cala-

mitatis perueniant ad annos eternitatis. Sicut em̄ aniuerſa-
rium ſanctoꝝ celebram⁹ ad ipoꝝ honorē ⁊ nr̄am vtilitatem.
ſic ⁊ āniuerſariū defunctoꝝ celebram⁹ ad earū vtilitatē ⁊ no-
ſtrā deuotionē. Item rome eodē die ſancti euſtachij hic ante
vocabat̄ placidus. ⁊ cū adhuc eſſet gentilis erat magiſter mi
litū trayani impatoris. Erat etiā in oīm̄bꝫ opibꝫ miſc̄dīe val
de ſedulus. habebat aūt ꝯiugē ⁊ duos filios ſeruos ⁊ ācillas
aurū ⁊ argentū plurimū. Sed deo diſponēte hijs oīm̄bꝫ p̄ua-
tus. Tandē tamē in p̄ſtinū honorē a trayano impatore reſti-
tutus. ſed ab adriano ſucceſſore trayani ad ydolorū ſacrificia
cōpulſus. q̄ euſtachi⁹ renuēs iuſſit adrian⁹ euſtachiū cū vxo
re ſua ⁊ duobꝫ filijs in area ſtatui et leonē ferocem ad eos di
mitti. Leo vero accurrēs et dimiſſo capite q̄ſi eos adorās ab
eis humiliter receſſit. Tūc impator bouē eneū incendi iuſſit.
et eos ibidē viuos mitti mādauit. orātes ergo ſancti ⁊ ſe dn̄o
cōmendātes bouē intrauerūt. ⁊ ibidē dn̄o ſpiritū reddiderūt.
Tercia vero die de boue corā impatore ſunt extracti ita peni
tus intacti inuēti ſunt. q̄ nec capillos nec quenq̄ eoꝝ vapo-
res incēdij aliq̄tenus cōtingerūt. Chriſtiani vero corpa eorū
tulerūt ⁊ in loco celeberrimo oratoriū mire celſitudinis con-
ſtruxerūt. ibiq̄ʒ eos honorifice ſepelierūt.

no f cccvj Apud ceſariā capadocie ſanctoꝝ martyrū germani theo
phili ⁊ vitalis. qui ſub ꝑſecutione daciano optime duxerunt.
⁊ cōpleuerūt ſuum martyriū. Item ſancti p̄minij venerandi
qui locū deſertū inhabitare cupiens plenū beſtijs ſerpentibꝫ
muſcis diuerſi generis et aīalibꝫ venenatis ſcorpiōbꝫ aculea-
tis repiens fecit ligneā crucē. ⁊ in noīe ihu xp̄i cum oīa vene
nata illa que locum illum occupabant expulit ⁊ amouit. que
cuncta fidei tanti viri cedētia locum p̄uatum vſui hominū red
diderunt habitabilē. Unde apud fideles tantū meritū idē ſan-
ctus obtinuit vt contra toxicata inuocet̄ hijs verbis priminij
dextra benedicat fercula vel pocula noſtra.

Sancte ꝑpetue martyris vxoris sancti petri. quā cum ad uen g cccvij
martyriū ꝑ xp̄i noīe a tortoribus eam trahētibus vrgeretur
Sanct⁹ petrus apl'us hijs verbis audacter eā in dn̄o est hor
tatus. Uxor mea memor esto dn̄m ihm xp̄m ꝑ te passum nec
timeas eos qui corpus occidūt. sed animā ꝑdere non possunt.
⁊ sic letanter ⁊ fortiter mortē pro xp̄o sustinuit. Item in gal-
lijs ciuitate Rotonis sancti amancij ep̄i cuius vita sc̄titate ⁊
miraculis extitit gloriosa.

In territorio lingonensi monasterio clareuallis sancti ber A cccviij
malachie ep̄i ⁊ cōfessoris. qui fuit patriarcha toci⁹ hibernie.
Et legit' fundasse q̄dragintaq̄nq3 ecclesias collegiatas. Qui
cum a curia romana reuertisset ⁊ legatione sūmi pōtificis fū-
geretur apud clareuallē febrib⁹ correptus ad celestia migra-
uit. ⁊ angeli sanctā eius animā in celum deduxerūt.

Sancti leōnardi cōfessoris qui fuisse dicit' circa annū dn̄i le b cccix
q̄ngentesimū. Hic a sancto remigio remēsi archiep̄o de sacro
fonte leuatus ac ip̄o salutarib⁹ disciplinis instruct⁹ est. quia
valde de nobilib⁹ parētib⁹ natus fuit. Tantāq3 a dn̄o gratiā
impetrauit. vt oīb⁹ infirmis ad se ꝯfluentib⁹ sanitatis reme-
diū obtineret. Insup quoscūq3 incarceratos ꝑsonaliter visi-
taret absolueret. Et ibi ꝯstanter p̄dicans ⁊ miracula faciens
in quadā silua habitabat. constructoq3 ibi mōsterio strictissi
me viuēs. diu duos secū monachos habuit. Et q2 aqua vno
ab eis miliario longe erat puteo quē foderāt aquā ꝑcib⁹ suis
a xp̄o impetrauit. Illi q̄3 deus tantā grām cōtulit vt vbicūq3
nomē eius aliq̄s in carcere vel in vinculis inuocasset. statim
solutus ⁊ liber ad eū veniēs. suas ibidē catenas ⁊ ꝯpedes pre-
sentaret. Quāti apud deū sit meriti mōstrat diuersa varietas
ferri añ eccl'iā3 dependentis. Itē redonis sc̄ti malani ꝯfessoris.

Sancti wilibrardi ep̄i cuius matri visum est lumen ꝑ os on c cccx
eius ad interiora descēdere. ⁊ longe lateq3 mundū illustrare.
Hunc pipinus rex francie venientē in galliam predicare ho-

magiſtro militū ad carcerē venit ineſtimabili claritate carce
rem illuminatū inuenit ad pedes catherine vna cū porphirio
cecidit. et fidē xpi ſuſcepit. Rediēs impator iuſſit ſibi adduci
ſanctā catherinā. et dixit ei de duobꝫ vnū tibi elige. aut ſacrifi
ca dijs vt viuas. aut exqſita tormēta ſubire vt pereas. Rñdit
virgo catherina. Quecunqꝫ tormenta poteris excogitare ne
differas. quia carnē ⁊ ſanguinē meum ſpōſo xpo meo offerre
deſidero. Tunc fecit fieri quattuor rotas clauis accutiſſimis
circūſeptas. Ordinatū eſt autē vt due vno ordine voluerent.
⁊ due autē ꝯtrario impetu agerent. vt ille deorſum lacerando
cōtraherēt. ille repugnātes ſurſum deuorādo ipam gererent.
Tunc virgo deū orauit vt ipſam machinā diſſiparet. Et ecce
angelus dñi molā iſtam ꝑcuſſit. et qttuor milia gentiliū inter
emit. Regina q̄ hec viderat regē durius increpauit. Iratus
rex cum reginā chriſtianā effectam cognoſceret. iuſſit mamil
las eius abſcidi ⁊ poſtea decollari. Cuius corpꝰ porphiriꝰ ra
piens ſepeliuit. Audiēs autē impator ꝙ porphiriꝰ corpus re
gine ſepeliſſꝫ ⁊ xpianus effectꝰ eſſet. iratus eſt valde. iuſſit eū
cum cōmilitonibꝫ decollari ⁊ corpa eoꝝ inhumata canibꝫ di
mitti. Deinde catherinā aduocās ait. Licet omniū bonorum rea
ſis adhuc dijs ſacrifica aut caput amittes. Cui illa fac que
cunqꝫ aīo ꝯcepiſti. paratā em̄ me videbis ad oīa ſuſtinen
da. Data ergo ſup ea ſentētia decollari iubet̄. que cū ad locū
adducta fuiſſet erectis in celum oculis orauit dicens. O ſpes ⁊
ſalus credentiū. obſecro te vt quicūqꝫ paſſionis mee memoriā
egerit. ſiue in exitu aīe vel in quacūqꝫ neceſſitate me inuo
uerit tue ꝓpiciationis deus ſequat̄ effectꝰ. factaqꝫ eſt vox de
celo dicens. Ueni dilecta mea que poſtulaſti impetraſti pro
quibus oras ſalui erūt. Deīn cū decollata fuiſſet de eius cor
pore lac pro ſanguine emanauit. Angeli aūt corpus ſuſcipiē
tes ab illo loco ad montē ſynai itinere plus dierū xx. deduxe
rūt ⁊ ibidē honorifice ſepelierūt. Ex cuius oſſibꝫ indeſinēter

oleū manat qđ cunctoꝝ debiliū mēbra ſanat. Paſſa eſt autē
circa ānos dñi ccc x. Colligit̃ g̃ ex p̄dictis ꝙ beata catherina
paſſa eſt q̄ntuplex martyriū. Sꝫ in h̄ q̄ntuplici martyrio ha-
buit a deo q̄ntuplex ꝯſolaciū vt impleret̃ qđ dñs dixerat p̄ ps.
Cū ipo ſū i tribulatōe eripiā eū. Fuit em̄ p̄mo ſcorpiōibꝫ fla-
gellata. ſꝫ fuit āgelico medicamīe pūcta. Quia fuit carceri
tenebroſo incluſa. fuit celeſti claritate pfuſa. quia fuit biſſenis
diebꝫ fame cruciata. fuit celeſti cibo colūba deferēti cibata. qꝛ
fuit rotaruꝫ horribiliū ſtrictura parata. fuit tonitruo magno
et āgelo ſupueniēte. ⁊ totā illā machinā deſtruēte liberata. qꝛ
fuit decollata. fuit ab āgelis corpꝰ eius i mōte ſynai. aīa vero
eius in celū deportata. Et ideo poterat dicē illud pſalmi. Se
cundū multitudinē doloꝝ meoꝝ ꝯſolatōes letificauerūt aīam
meā. Poſſūt etiā p̄uilegia dignitatis eius ex eius legēda cō-
uinci. quoꝝ q̄dā fuerūt in aliq̄bꝫ ſctis dum decederēt vt āgeli
ca admīſtratio. ꝙ fuit in ſcto martino. petitionū exauditio. ꝙ
fuit in bta margaretha. Spūalis refectio ꝙ fuit i ſcta maria
magdalena. Diuine lucis choruſcatio ꝙ fuit in bto petro in
carcē poſito. diuina viſitatio ꝙ fuit in iohe euāgeliſta. lactis
emanatio ꝙ fuit in bto paulo aplo. Monumēti p̄paratio ꝙ
fuit in ſcto clemēte. Olei emanatio ꝙ fuit i ſcto nicolao. Ia
nue celeſtis apparitio ꝙ fuit ſcto ſtephano. Nec at̄ oīa ſimul
fuerūt in bta v̄gine catherīa ſicut manifeſte oñdit̃ i eiꝰ legēda.

Sācti lini pape qui poſt btm petrū p̄mus eccleſiā roma- the A cccxix
nam tenuit xij. annis. menſibꝫ tribꝫ ⁊ martyrio coronatꝰ eſt.
Vitē ſancti Cōradi nobili almanoꝝ ſtirpe ortūdꝰ. Sed con
ſtancienſis ecclīe fratribꝫ litterarū ſciētia imbuendꝰ a paren
tibꝫ eſt traditꝰ. Per idē tempꝰ eccleſia ꝯſtanciēſis pōtifex re-
uerendus p̄ſidebat notingꝰ. hic ſancti cōradi honeſtā ⁊ pba
bilē cōuerſationē compit in opus miniſterij ſibi eū aſſumpſit
Qui ſup egenū ⁊ paupem intelligēs. et inopie eoꝝ ſubueni-
ens. Verū tāte virtutis homo extitit vt in p̄poſitū eligeretur.

Interea p̄fatus antiſtes noting⁹ morit̄. ⁊ a b̄to vdalrico au-
guſteñ ep̄o ſepelit̄. Et ſc̄s cōradus ab eodē ſc̄to vdalrico et
toto clero ⁊ pp̄lo inuitus in ep̄m cōſtanciū. eccleſie eligitur.

vir b cccxxx ¶ Sanctoꝝ martyrū vitalis et agricole. Nā ſc̄s vital' olim
fuit ſeruus ſc̄te agricole nūc cōſors ⁊ collega martyrij p̄ceſſit
ſeruus vt p̄uideret locū ſecut⁹ eſt dn̄s ſecure. Cūqꝫ b̄tus vita-
lis cogeret̄ a pſequētib⁊ vt xp̄m negaret. et ille amplius ꝯfite
ret̄ dn̄m ih̄m xp̄m oīa tormētoꝝ genera in eum exercuerūt vt
nō eſſet in eius corpe ſine vulnere loc⁹. Tūc b̄tus vitalis ora
tionē fudit ad dn̄m dicēs. Dn̄e ih̄u xp̄e ſaluator meus ⁊ deus
meus iube ⁊ ſuſcipe ſp̄m meū. quia iam deſidero vt accipiā co
ronā quā angelus tuus mihi iam oñdit. et ꝯpleta oōne emi-
ſit ſp̄m. Beatus vero agricola crucifixus eſt. ⁊ ſic ad dn̄m mi
grauit. Itē iacobi martyris qui cognomēto interciſus dict⁹
nobilis genere. ſed fide nobilior ⁊ regiōe pſarū ⁊ ciuitate elo-
pe oriūdus fuit. hic ex xp̄ianiſſimis parētib⁊ ortus vxorē chri
ſtianiſſimā habuit. Eratqꝫ notiſſimus regi pſarū ⁊ inter opti
mates p̄mus. Accidit aūt p̄ncipe pſarū nimio amore ſeduce-
retur. ⁊ ad colēda ydola flecteret̄. hec aūt mater ⁊ vxor audiē-
tes ꝯtinus ſibi ſcripſerūt dicētes. Obediēdo mortali deſerui-
ſti eū qui vita eſt. Noueris ꝙ nos ammodo a te futuras extra
neas. nec tecū de cetero aliq̄n moraturas. Cū iacob⁊ has lit-
teras legiſſet amare flens. Si mat̄ mea que genuit me. ⁊ vxor
mea a me extranee facte ſunt q̄nto magis a me extraneus fa-
ctus eſt deus meus. Cū plurimū ꝑ errore ſe afflixiſſet cultu-
rā ydoloꝝ reliq̄t ⁊ fidē xp̄i reſūpſit. Qd̄ audiens p̄nceps ip̄m
blādicijs ꝓmiſſionib⁊ minis ac mūerib⁊ puertē ſtuduit. Et cū
eum nullo mō ſuparé poſſet dedit hāc ſn̄iam ſup iacobū. vt ad
alioꝝ terrorē iacob⁊ mēbratim puniat̄. Tūc carnifices polli
cē manus eius dextre abſciderūt. B̄tus vero iacob⁊ grās egit
deo. Tūc ſcd̄s digitus abſcidit̄. tercius abſciſus eſt. et quart⁹
etiā q̄ntus abſciſus ē. B̄tus iacob⁊ i abſciſiōe ſinguloꝝ digi-

doꝝ ſingulas laudes deo cātauit. Accedētes igit̄ impij ad ſi-
niſtrā manū digitū minimū abſciderūt. Abſcidit̄ ſeptim⁹ ab-
ſcidit̄ octau⁹. ꝓciditur nonus. incidit̄ ⁊ decim⁹. At ille ī ſingu
lis paſſionibꝫ grās ſingulas dn̄o retulit. Tunc carnifices ac-
ceſſerūt ⁊ pollicē pedis dextri abſciderūt. abſcidit̄ ſcd̄s pedis
digitus. abſciderūt ⁊ terciū. ꝑciderūt quartū. incidit̄ ⁊ q̄ntus.
Tūc accedētes ad pedē ſiniſtrū ⁊ ſimilit̄ fecerūt. iacobꝫ gra-
tias egit deo ⁊ dixit. Ecce me tibi dn̄e ymoloꝛ. Tunc accedē-
tes pedē dextrū abſciderūt. deīn pedē ſiniſtrū inciderunt. Po-
ſtea dextrā manū. deīn ſiniſtrā manū abſciderūt. poſtea dextrū
brachiū abſciderūt. deīn ſiniſtrū ꝑſciderūt. Poſtea accedentes
abſciderūt ſuram dextri cruris ſcindētes vſq; ad femur. Deīn
ꝑciderunt ſuram ſiniſtri pedis vſq; ad femur. Tūc exclamās
beatus iacobꝫ ⁊ dixit. Dominatoꝛ dn̄e exaudi me ſemiuiuū vi-
uoꝛum ⁊ moꝛtuoꝝ dn̄s. Digitos dn̄e non habeo vt eos ad te
poꝛrigā. nec manus vt eas ad te extendā. Pedes mei trūcati
⁊ genua mea demolita vt tibi genua flectere non valeam. Et
ſum velut caſura domus ablatis quibꝫ ſuſtētatur colūnis ex-
audi me dn̄e ihu xp̄e ⁊ educ de carcere animā meā hec cū di-
xiſſet vn⁹ de carnificibꝫ acceſſit ⁊ caput ei⁹ amputauit. Chri-
ſtiani igitur occulte acceſſerūt ⁊ coꝛpus eius rapiētes hono
rifice ſepelierunt. Paſſus eſt autē v. kl'. decembꝛis.

Apud africā ſctoꝝ martyrū pipini ⁊ manſueti epoꝝ. qui gil c cccxxj
tempe wandalice ꝑſecutionis ꝓ defēſione catholice fidei can
dentibꝫ ferri laminis toto coꝛpoꝛe adusti glorioſum martyrij
agonem cōſumauerunt.

Rome via ſalaria natale ſācti ſaturni martyris ⁊ epiſco ſat d cccxxij
pi. Qui ī capitolio a paganis tent⁹. ⁊ a ſūma capitolij arce ꝑ
oēs gradus ꝑcipitatus capite colliſo excuſſoq; cerebꝛo. et
oīm coꝛpe dilaniato dignam chꝛiſto animā exalauit. Itē ſan
ctoꝝ martyrū ſaturnini et ſiſinnij. qui pro fide xp̄i in carcere
macerati ſūt. Scd̄o ī eculeo leuati. Tercio neruis ac fuſtibꝫ

poſuit. Unde populus turonēſis cum lapidibꝫ cōtra eum ſur-
rexit dicens. diu luxuria tua fuit tecta amplius manus pollu
tas oſculo nō tangem⁹. Illo vero negāte infās triginta die-
rum allatus adiurat⁹ dixit illum nō eſſe patrē ſuū. Et dū illi
dicerēt hoc magica arte factū. ipe prunas ardētes vſqꝫ ad tū-
bam ſancti martini ferens videntibꝫ oībꝫ veſtis illeſa fuit.
adhuc calūniatus ⁊ expulſus eſt a pplo. Peracta aūt penitē
tia in ſeptimo anno auctoritate apoſtolica cōfirmatus rediit
duobus interim epis mortuis qui iniuſte ſibi erant ſubſtituti
poſtea epiſcopatū regens ſeptem ānis quieuit in pace.

xi c cccxvij Alexandrie ſerapionis qui ſub decio principe pro fide xpi
pmo crudeliſſimis ſupplicijs eſt affectus. ita vt oēs ei iunctu
ras membroꝝ ſoluerent. ſcdo deſup pcipitatus. ⁊ ita martyr
xpi effectus eſt. Itē apud traciā ciuitate eraclea natale ſan-
ctorum martyrū themētini theodori ⁊ philonmini.

i d cccxviij Sancte ſerapie vginis ⁊ martyris. que ſub adriano paſſa
eſt rome a iudice beſullo qui dixit ei. Sacrifica dijs ne morte
plectaris. Cui virgo. non faciā voluntatē patris tui ſathane.
qꝛ xpiana ſum. Tūc pſes iuſſit pmo lāpades ardētes lateribꝫ
eius apponi. ſtatimqꝫ q̄ eas tenebāt corruerūt retrorſū. Scdo
fuſtibꝫ cedit. ⁊ ſubito terremot⁹ factus ē magn⁹. De fuſte exi
lijt particula i oculū pſidis quē poſt dolorē iuſtū fecit. Et ira-
tus dedit ſententiā ſup eam. Tercio gladio occiſa eſt ſepulta
eſt in ſepulcro ſabine martyris. Itē apud nolā campanie vr-
bem natale beati felicis epi qui a qndecimo etatis ſue āno mi
raculoꝝ glorioſa fuit in ſignis et ſub marciano pſide cū alijs
triginta martyriū cōpleuit.

B c cccxix Rome ſancti martini pueri filij ſenatoris. Qui puer cum
ydolis ymolare reſpueret. et minas marciani impatoris con-
tēneret. iuſſit eū pmo extēdi ⁊ duriſſimis loris dorſum eius et
ventrē cōcidi. deīn fortit ligari ⁊ in cuſtodia mitti. quē ſequē-
ti die pduciū cū videret eius ↄſtantiā. Scdo i eculeo ſuſpēdi

⁊ vngulis corpus eius laniari. Tercio iuſſit ſerrã ligneã fie-
ri ⁊ machinã lapideã. et imiſſo lapide machina mẽbra eius di-
uideret. Miniſtri eius dyaboli trahentes machinã quaſi ad
mortẽ fatigati dixerunt impatori ſe adoleſcentulũ illum non
poſſe vincere. qui ſtupẽs in hijs verbis. Quarto iuſſit arbo-
rẽ magnã inſcindi ꝑ mediũ vt imiſſus in eam ſctũs puer extẽ-
ſus ⁊ cõfractꝰ emitteret ſpm̃. Cũq; delicata mẽbra eius exten-
diſſent ꝑ ſe diuiſa eſt arbor ĩ duas partes a capite vſq; ad ter-
ram. ⁊ ſic puer illeſus ꝑmanſit. Quinto iuſſit impator crati-
culã ſuccẽdi puerũ ſuꝑ poni. qui ſuꝑ eam aſcendẽs ſignaculũ
crucis faciẽs dñm ihm̃ inuocauit. ſtatimq; fluuiꝰ aque inun-
dans ignẽ extinxit. ⁊ ipe ſtãs ſuꝑ aquã xp̃m glorificauit. Sex-
to iuſſit frixoriũ afferri ignemq; vehementiſſimũ ſupponi ac
puerũ in eũ mitti q̇ a miſtris illic ꝓiectus xp̃m glĩficauit ⁊ ſta-
tim vox de celo veniẽs ignẽ extixit et refrigerauit frixoriũ ita
vt in eo velut in bono ſtratu iacens bñdiceret deũ. Culciꝰ ve-
ro p̃ſes ait impatori. Jube afferre caldare ⁊ in eo picẽ mitti
vt ab igne ſuccẽſa ebuleat et capite ĩmerſo mittat̃ in eã. Tũc
ſctũs ad oĩa paratꝰ in celum aſpexit ⁊ in caldare eſt ꝓiectus
ſtatimq; in duas partes diruptũ eſt. et pix hincinde effuſa eſt
⁊ ſanctus in medio ſtans deum glorificauit. Septimo ꝓiectꝰ
eſt añ leonẽ ⁊ leopardũ vt eum laniarẽt. Sed animalia fero-
cia eum nõ ledebãt ſed ſibi applaudebãt. Deinde iuſſit thaurꝫ
indomitũ adduci et in eius dorſo cauteria imponi. ⁊ ſanctum
dei ad eius cornua ligari. quo facto puer nil eſt leſus. ſed lin-
gua ſua ſanctũ martyrẽ lingebat. Octauo miſerũt eum in ca-
minum valde ſuccẽſum. ⁊ ecce duo angeli ſeruauerũt puerꝫ
illeſum. Nono decollatꝰ eſt. Jtem Othmari abbatis cuiꝰ fe-
ſtum in ſueuia celebrat̃. Jtẽ ſancti emundi cõfeſſoris de quo
legit̃ dum adhuc puer eſſet ⁊ quadã die pratũ cauſa ſpacian-
di comitibꝫ ſuis coetaneis inuitantibꝫ conſcendiſſet ab eoꝝ
eũ cõmitatu ſe lõgius ſeꝑauit ne cõſciẽtie ſue puritatẽ nugis

puerilib9 vel in ocioſis ſermonib9 cõtingeret maculari. Dum ergo ſolitarius incederet ſacris inſiſtens orõnib9 apparuit ei qui paſcit̃ inter lilia quē circũdant flores roſaꝝ cãdore niueo nitidus ⁊ colore rubicũdus. et velut a ſũmo celi cardine dela‑pſus ſubito ſic eum ꝑor allocut9 officioſiſſime ſalutauit. Salue dilecte mi. Qui cum audiſſet turbat9 eſt vt puer in ſermone illius pueri. et cepit tam ſalutationis ſeriē q̃m ſalutãtis ignotã palcritudinē admirari. Quē cum puer ille puritatis immenſe pauefactũ cõſpiceret ipm̃ denuo alloquēs q̃ſiuit ab eo. vtrũ ſe cognoſceret. At bt̃s emũdus ſimplici ſermone rn̄dens Nullam tibi teneo noticiã nec ſum vt eſtimo tui notus. Cui tercio puer qui ſibi apparuit ait. Miror valde ꝙ ita tibi ſim ignotus ꝑſertim cũ in ſcolis ad latus tuũ aſſidue ſedeã. ⁊ tecũ ſim quocũqꝫ ieris inſeꝑabiliter ſociatus. Et ſubdit. Reſpice inquit in faciē meã. et q̃d in fronte mea ſcriptũ ſit aduerte. qđ cũ beatus emũdus feciſſet in ea ſcriptũ legit lr̃is celeſtib9 nr̃i redēptoris nomē ſcꝫ ih̃s nazarenus. ⁊ qđ cum viderat ſtatim retuliſſet ei ab ipo ꝓtinus audiuit. Ego ſum ieſus nazaren9 ⁊ hoc eſt nomē meũ qđ tibi memoriale ſit. in deſiderio aīe tue. Et hoc diligēter ſingulis noctib9 fronti tue imprime. Per h̃ eñi poteris contra mortē ſubitaneã muniri. Et ſi quis eadem ſcriptura modo conſimili muniuerit frontē ſuam ſimiliter cuſtodietur. Et hijs dictis puer ieſus diſparuit.

Poſt f cccxx ¶ Aurelianis natale ſancti aniani epī et ꝯfeſſoris qui nimia ꝑdictus ſanctitate dum quodã die ad miſſaꝫ om̄ipotenti deo ſacrificiũ more ſolēni offerret. Inde ſacrificiũ ſuꝑ altare poſitũ viſa eſt dextra dei patris benedixiſſe hoſtiã cum epiſcopo.

hec g cccxxi ¶ Octaua ſancti martini. Item apud antyochiã natale bt̃i Eſicij. qui cum eſſet miles ⁊ ꝑceptum audiſſet vt quiſq̃s nõ ſatiſfaceret ydolis cingulum milicie deponeret repente cingulum ſoluit. Ob hanc cauſam ligato in dextera eius ſaxo ingēti in fluuiũ precipitari iuſſus eſt.

## Nouember

Elizabeth illuſtris regis vngarie filia. nobilis gene- e A cccx
re. ſed nobilior fide ac regiõe ſtirpẽ tam nobilẽ nobi
litauit exẽplis. illuſtrauit miraculis. ⁊ decorauit grã
ſanctitatis. Cum enĩ adhuc eſſet q̃nquẽnis in eccleſia orãdi
grã tam ſedula ꝑmanebat vt eã ancilla vix auellere valebãt.
Creſcens vero ꝑ etatẽ tempis. Creſcebat ampliꝰ ꝑ effectũ de-
uotionis. Nam btãm virginẽ dei genitricẽ in ſui patronã et
aduocatã ⁊ beatum iohem euangeliſtã in ſue caſtitatis cuſto
dem elegit. Cũ ad choreas a puellis ceteris eſſet inuitata cũ
vnũ circuitũ feciſſet dicebat. Sufficiat nobis vnus circuitus
iã ꝓpẽ deũ alios dimittamꝰ. Veſtimẽtoꝝ laſciuos vſus ſemꝑ
abhorruit. ⁊ omnẽ in hijs honeſtatẽ dilexit. Dies ſolẽnes tan
ta deuotione colebat vt etiã manicas ſibi cõſui nulla rõne pa
teret̃ anteq̃ miſſarũ ſolẽnia cõplerent̃. Cyrotecarũ etiã vſum
añ meridiẽ dieb; dñicis ſibi ĩterdixit. Officiũ eccl'iaſticũ etiã
audiebat cũ tanta reuerẽtia. ⁊ cum ſacra legerent̃ euangelia
vel ſacra cõficeret̃ hoſtia manicas ſi forte conſute eſſent ſolue
ret. monilia deponeret ⁊ cetera capitis ornamẽta in vnũ loca
ret. At vbi virginalẽ gradũ prudẽter ꝑcurrit gradũ cõiuga-
lem intrare cõpellit̃. Conſenſit ergo licet inuita in copulã cõ
iugalem nõ vt libidini cõſentiret. ſed ne patris ſui p̃ceptũ cõ-
temneret. ⁊ vt filios educatos ad dei ſeruiciũ ꝓcrearet. fuit g̃
lantgrauie thuringie ſociata cõiugio ⁊ licet mutauerit ſtatũ
nõ tñ mutauit mẽtis affectũ. Quãte aũt fuerit deuotõis ⁊ hu
militatis ad deũ. q̃nte auſteritatis ⁊ abſtinẽtie ad ſeipam. q̃n-
te largitatis et miſcdie ad paupes legenda eius lucide decla-
rat. Poſt multũ tempis lantgrauius ad petitionẽ elizabeth
terrã ſanctã cõtra paganos militaturꝰ intrauit. vbi fide inte-
gra deuotione ſincera deo reddidit ſpiritũ. Et ſic beata eliza
beth vidualẽ ſtatum cum deuotione amplectit̃ ne vidualis cõ-
tinentie premio fraudet̃. ſed fructum ꝑcipe ſexageſimũ vtpote
que decologũ p̃ceptoꝝ cum ſex miſcdie opib; ꝯſeruaret. Cum

moꝛs viri ſui ꝑ totam thuringiã fuiſſet diuulgata beata eliza-
beth tanq̃ dĩ ſipatrix ⁊ ꝓdiga a q̇buſdã vaſallis viri ſui tur-
piter ⁊ totaliter a dominio eſt eiecta. rebꝫ om̃ibuſq; ꝓuata. vt
ex hoc eius patiẽtia clareſceret. ⁊ paupꝛtatis diu cõceptũ deſi-
deriũ obtineret. Proxima ergo nocte in domo cuiuſdã taber-
narij in loco vbi poꝛci latuerãt ſe recipit deo gratias multas
agens. Hoꝛa vero matutinali ad domũ fratrũ minoꝝ ꝑgens
rogauit vt ꝓ ſua tribulatione deo gr̃as mltas agerẽt. et Te
deũ laudamus deuote cantarẽt. Cumq; beata elizabeth mul-
ta aduerſa fuiſſet ꝑpeſſa ad locũ ꝓꝛẽ rediјt et paruulos ſuos
ad diuerſa loca alẽdos miſit. Poſtea ad ep̃m babẽburgẽſem
venit qui eam honeſte ſuſcepit caute retinuit. ⁊ q̃liter eam ſe-
cundis nupcijs copulare poſſet cogitauit. q̃ ip̃a minime face-
re cogitauit. Interim dño diſponẽte oſſa viri ſui deulra mari-
nis partibꝫ deferunt̃. que deuotiſſime accurrit cum multa la-
crimarũ effuſione ſuſcepit. Gr̃as deo egit ip̃m ⁊ ſe diuine gr̃e
cõmendãs religioſum habitũ induit. veſtes ſcꝫ griſeas humi-
les et abiectas ⁊ ne fructũ centeſimũ ꝑderet qui ꝑfectionẽ an-
gelicã ſeruantibꝫ dat̃. qui de ſiniſtra miſerie ad dextrã gloꝛie
tranſfretat̃ cõtinentiã poſt moꝛtẽ viri ſui ꝑpetuã ſeruãs obe-
dientiã ꝑfectã ⁊ paupꝛtatem voluntariã amplectens. fuit autẽ
eius habitus tam deſpect⁹ vt deferret palliũ griſeũ pãno alte-
rius coloꝛis ꝓlongatũ. manicas etiam tunice ruptas alteri⁹
coloꝛis. Mendicare hoſtiam voluit. ſed magiſter cõꝛadus de
cuius cõſilio om̃ia fecit hoc cõſentire noluit. Pater vero ei⁹
rex vngarie audiens filiã ad tantã deueniſſe inopiam comitẽ
quendã ad eam miſit vt ipſam ad paterna limina reduceret.
Qui videns eam tali habitu oꝛnatã ⁊ humiliter fila filantem
p̄readmiratõe clamãs ait. Nunq̃ filia regis tam vili habitu
induta fuit nec lanã aliq̃n filare viſa fuit. Cum vero de ſua re-
ductione vehemẽter inſtetiſſet. illa nullaten⁹ acquieuit plus
apperẽs cũ pauperibꝫ in paupꝛtate degere. quã diuicijs multis

cum diuitibꝰ habūdare. vt vero eius animꝰ in deū totus tran ſiret ⁊ intenta eius deuocio nullū impedimentū haberet. rogauit dn̄m vt omniū tempaliū ſibi cōtemptū infūderet et ſuorū filioꝝ dilectōē corde ſuo euelleret. et cōtra oēs ꝯtumelias cōtemptū ⁊ ꝯſtantiā ligaret. fuſa vero orōne audiuit dn̄m dicentē ſibi. Exaudita eſt orō tua. q̄ dixit ancill᷑. exaudiuit dn̄s orōnē meā. ⁊ oīa tempalia ad ſtercora reputo. ⁊ de filijs meis nō plus quam de alijs ꝓximis curo. et mei cōtemptū ⁊ opprobria paruipēdo nihilq̧ aliud iam diligere videor niſi ſolū dominū. Tandē appropinq̄nte tempe q̄ dn̄s dilectā ſuā de mundi ergaſtulo vocare diſpoſuit. vt q̄ cōtempſit regnū mortaliū perciperet angeloꝝ. Cum febre correpta decūberet. ⁊ ad parietem faciē verſam tenderet. audita eſt a circūſtantibꝰ ſanctiſſimam ꝓmere melodyā. que cū ab vna ancillarū quid nā eſſet hoc pcunctata fuiſſet Elizabeth r̄ndit. Auicula quedā inter me et parientē ſe ponēs tā ſuauit᷑ cecinit q̄ me ad canendū ſimiliter ꝓuocauit. Ultima aūt die an̄ eius tranſitū dixit circū ſtantibꝰ. Quid acture eſſetis ſi dyabolus ad vos veniret. Et poſt paululū alta voce dyabolū licentiās fuge tribꝰ vicibꝰ exclamauit. Deinde dixit. ecce appropinq̄t media nox in q̄ hora xp̄s naſci voluit ⁊ in p̄ſepio reqeuit. Appropinq̄nte vero hora ſui tranſitus ait. Jam nūc tempꝰ inſtat in quo omnipotens deus me ad celeſtes nupcias euocauit poſt paululū vero ān̄o dn̄i M cc. xvj. dormiuit in pace. Licet em̄ eius corpꝰ q̄ttuor diebꝰ inhumatū iacuiſſet. nullus tamē fetor ex eo ꝓdebat. ſed quidā odor aromaticꝰ cūctos reficiēs ex eo exalabat. Corpus nobile in monumentū eſt poſitū. qđ poſtmodū redūdare oleo eſt reptum. quo liniti egri ab infirmitatibꝰ ſuis ſanant᷑ oēs.

¶ Rome natale beati ponciani pape. qui maximiano aduerſus eccleſiarū ſacerdotes pſecutionē cōmouēte cū ypolito p̄ſbitero ſardiniam deportatꝰ. ibiq̧ fuſtibꝰ mactatus martyriū conſumauit. Corpus autem eius a beato fabiano papa cela- li b ccxxiii

tum; atq; in cimiterio calixti ſepultum eſt.

ʒa c cccxxiiij Feſtum pñtationis virginis marie. Sicut poſt abla
ctatõez cum eſſet triũ annoꝝ a parentib; ſuis pñtata
eſt in tẽplum. Et ipa ꝑ qndecim grad⁹ ꝑ quos aſcen
dit in tẽplũ ꝑ ſeipaz aſcendit ac ſi fuiſſet ꝑfecte etatis. Et hoc
feſtũ ſolẽniter celebratur ab oĩ clero in dyoceſib; babũber-
gẽſis ꝛ Erbipolẽſis. Itẽ in ytalia monaſterio Babio depoſi
tio ſancti colũbani abbatis qui multorũ cenobiorũ fundator
innumerabiliũ pater extitit monachorũ. multiſq; virtutibus
clarus ſenectute bona ꝛ ſancta obdormiuit in pace.

ee d cccxxv Rome ſancte cecilie virginis ꝛ martyris. que ex preclaro
genere romanoꝝ ab ipis cunabulis in fide xp̃i edocta. ſuã vir
ginitatem dño ihũ xp̃o cõmendãs. cilicio ad carnem induta.
deauratis veſtib; deſuꝑ tegebať deſponſata valeriano bidua-
nis ac tridnanis ieiunijs omnes ſc̃tos interpellabat nocte cũ
ſponſo in cubiculo collocata ei p̃dicabat fidem xp̃i. ꝛ cum di-
uino adiutorio ſpõſum ſuum valerianũ ꝛ fratrẽ eius tyburtiũ
ad credendũ xp̃o perduxit. qui poſtmodũ martyriũ pro fide ſu-
ſtinuerunt. Ipſa autem ſancta cecilia ab almachio prefecto
pro fide chriſti in bulienti balneo iuſſa eſt cõcremari. Et ipſa
ignem ſuꝑans ſentenciata eſt vt decollareť. Et ſpiculator ter
cio ictũ feriẽs ſeminecem reliquit. que triduo ſuꝑ viuens fide-
les confortauit. Paſſa eſt autẽ marci aurelij ꝛ cõmodi impa-
torum temporib;.

de e cccxxvj Sancti clementis pape. Qui tercius poſt petrum roma-
ne eccleſie prefuit ita moribus pollens vt iudeis gentilibus ꝛ
chriſtianis omnib; placeret. qui de mãdato tyrãni impatoris
cum ſacrificare nollet cũ multis alijs trãſpontinũ mare in be
remo in exiliũ eſt miſſus. Et inuenit ibi ad ſecandũ ſaxa duo
milia dãnatorũ xp̃ianoꝝ q̃ a longe portabant ſibi aquã ad gu
ſtandũ vel bibendũ. Et ipẽ orõne facta impetrauit aquã efflu
entẽ. Et ad hãc famam cõfluit oĩs ꝓuincia ad doctrinã eius

multis cõuersis ad fidẽ infra annũ lxx. ecclesias fundauerũt. quo audito trayanus misit qui eũ ligata ad eius collũ anchora pcipitauit in mediũ maris. Et cum omẽs xpiani flerent ⁊ orarent vt oñderet eis dñs martyris sui excubias recessit mare in synũ suum per tria miliaria. Et ingressi p siccũ populi tabernaculũ in modum templi marmorei. et in eo corpus sancti clemẽtis positum inuenerũt. ita vt anchora cũ eum xpe esset posita. Tunc omẽs per gyrum crediderũt in xpm. vt ibi nullus gentilis iudeus vel hereticus pmaneret.

¶ Rome natale sancti Crisogoni martyris qui post longa vincula ⁊ carceres pro constãtissima xpi ꝯfessione tolleratos Jubente dyocleciano capite cesus ⁊ in mare piectus martyrium cõsummauit. Jtẽ sanctarũ virginũ flore ⁊ mare que post diuturnos carceres pro xpo gladio interempte sunt. cris f ccc xvij

PAssio sancte catherine virginis. que passa est sub maxentio impatore. catherina Costi regis filia oim liberalium studijs fuit erudita. Cum aũt maxentius impator oẽs tam diuites q̃m paupes ad alexãdriã ꝯuocasset vt ydolis ymolarẽt. Sola virgo catherina hoc facere rẽnuit. ymo etiã ipm impatorẽ cur pplm christianũ ad ydoloꝝ culturam cogeret increpauit. Uidẽs aũt cesar. ꝙ eius sapiẽtie obuiare non posset. Quinq̃ginta oratores de diuersis ꝓuincijs doctissimos collegit eosq; vt sanctã catherinã a fide sua auellerent muneribꝫ plurimis remunerauit. Quos tamẽ omnes virgo catherina. ⁊ vt verius dicã spũsanctꝰ qui p os eius loquebat ad fidẽ xpi cõuertit. ⁊ ignes materiales subire fecit. ⁊ tales martyres sponso suo xpo promisit. Cumq; virgo catherina a maxentio vt dijs ymolaret pmissionibꝫ ⁊ minis cogeretur et illa abnueret. Jratus ille iussit eam vestibus spoliataꝫ scorpionibꝫ cedi. et cesam in obscurũ carcerẽ mitti. ibiq; diebus xij. fame cruciari. Rege aũt p quibusdã causis instantibus extra regionis confinia pcedente. Regina cũ porphyrio ca g ccc xviij

magiſtro militũ ad carcerẽ venit ineſtimabili claritate carce
rem illuminatũ inuenit ad pedes catherine vna cũ porphirio
cecidit. et fidẽ xpi ſuſcepit. Rediẽs imperator iuſſit ſibi adduci
ſanctã catherinã. et dixit ei de duobꝫ vnũ tibi elige. aut ſacrifi
ca dijs vt viuas. aut exqſita tormẽta ſubire vt pereas. Rñdit
virgo catherina. Quecunqꝫ tormenta poteris excogitare ne
differas. quia carnẽ ⁊ ſanguinẽ meum ſpõſo xpo meo offerre
deſidero. Tunc fecit fieri quattuor rotas clauis accutiſſimis
circũſeptas. Ordinatũ eſt autẽ vt due vno ordine voluerent.
⁊ due autẽ ɔtrario impetu agerent. vt ille deorſum lacerando
cõtraherẽt. ille repugnãtes ſurſum deuorãdo ipſam gererent.
Tunc virgo deũ orauit vt ipſam machinã diſſiparet. Et ecce
angelus dñi molã iſtam ɔcuſſit. et qttuor milia gentiliũ inter
emit. Regina q̃ hec viderat regẽ durius increpauit. Iratus
rex cum reginã chriſtianã effectam cognoſceret. iuſſit mamil
las eius abſcidi ⁊ poſtea decollari. Cuius corpꝰ porphiriꝰ ra
piens ſepeliuit. Audiẽs autẽ imperator ꝙ porphiriꝰ corpus re
gine ſepeliſſꝫ ⁊ xpianus effectꝰ eſſet. iratus eſt valde. iuſſit eũ
cum cõmilitonibꝫ decollari ⁊ corpa eoꝝ inhumata canibꝫ di-
mitti. Deinde catherinã aduocãs ait. licet omniũ horum rea
ſis adhuc dijs ſacrifica aut caput amittes. Cui illa fac que-
cunqꝫ aĩo ɔcepiſti. paratã eñ me videbis ad oĩa ſuſtinen-
da. Data ergo ſup ea ſentẽtia decollari iubet̃. que cũ ad locũ
adducta fuiſſet erectis in celum oculis orauit dicens. O ſpes ⁊
ſalus credentiũ. obſecro te vt quicũqꝫ paſſionis mee memoriã
egerit. ſiue in exitu aĩe vel in quacũqꝫ neceſſitate me inuo-
uerit tue ꝓpiciationis deus ſequat̃ effectuꝫ. factaqꝫ eſt vox de
celo dicens. Ueni dilecta mea que poſtulaſti impetraſti pro
quibus oras ſalui erũt. Deinde cũ decollata fuiſſet de eius cor-
pore lac pro ſanguine emanauit. Angeli aũt corpus ſuſcipiẽ
tes ab illo loco ad montẽ ſynai itinere plus dierũ xx. dedux e
rũt ⁊ ibidẽ honorifice ſepelierũt. Ex cuius oſſibꝫ indeſinẽter

oleū manat qđ cunctoꝝ debiliū mēbra ſanat. Paſſa eſt autē
circa ānos dñi cccx. Colligit̄ ğ ex p̄dictis ꝙ beata catherina
paſſa eſt q̇ntuplex martyriū. Sꝫ in h̄ q̇ntuplici martyrio ha-
buit a deo q̇ntuplex ꝯſolaciū vt impleret̄ qđ dn̄s dixerat ꝑ p̄s.
Cū ip̄o ſū i tribulatōe eripiā eū. Fuit eñ p̄mo ſcorpiōibꝰ fla-
gellata. ſꝫ fuit āgelico medicamīe puncta. Quia fuit carceri
tenebroſo incluſa. fuit celeſti claritate ꝑfuſa. quia fuit biſſenis
diebꝰ fame cruciata. fuit celeſti cibo colūba deferēti cibata. q̄r
fuit rotaruꝫ horribiliū ſtrictura parata. fuit tonitruo magno
et āgelo ſupueniēte. ⁊ totā illā machinā deſtruēte liberata. q̄r
fuit decollata. fuit ab āgelis corpꝰ eius i mōte ſynai. aīa vero
eius in celū deportata. Et ideo poterat dicē illud pſalmi. Se
cundū mltitudinē doloꝝ meoꝝ ꝯſolatōes letificauerūt aīam
meā. Poſſūt etiā p̄uilegia dignitatis eius ex eius legēda cō-
uinci. quoꝝ q̄dā fuerūt in aliq̄bꝰ ſctis dum decederēt vt āgeli
ca admiſtratio. ꝙ fuit in ſcto martino. petitionū exauditio. ꝙ
fuit in bt̄a margaretha. Sp̄ūalis refectio ꝙ fuit i ſct̄a maria
magdalena. Diuine lucis choruſcatio ꝙ fuit in bt̄o petro in
carcē poſito. diuina viſitatio ꝙ fuit in iohe euāgeliſta. lactis
emanatio ꝙ fuit in bt̄o paulo ap̄lo. Monumēti p̄paratio ꝙ
fuit in ſcto clemēte. Olei emanatio ꝙ fuit i ſcto nicolao. Ja
nue celeſtis apparitio ꝙ fuit ſcto ſtephano. Hec aū oīa ſimul
fuerēt in bt̄a v̄gine catherīa ſicut manifeſte oñdit̄ i eiꝰ legēda.

Sācti lini pape qui poſt btm petrū p̄mus eccleſiā roma- nam tenuit xij. annis. menſibꝰ tribꝰ ⁊ martyrio coronatꝰ eſt. the A cccxx

Itē ſancti Cōradi nobili almanoꝝ ſtirpe oriūdꝰ. Sed con
ſtancienſis ecclie fratribꝰ litterarū ſciētia imbuendꝰ a paren
tibꝰ eſt traditꝰ. Per idē tempꝰ eccleſia ꝯſtanciēſis pōtifex re-
uerendus p̄ſidebat noting'. hic ſancti cōradi honeſtā ⁊ ꝓba
bilē cōuerſationē cōpit in opus miniſterij ſibi cū aſſumpſit
Qui ſup egenū ⁊ paupem intelligēs. et inopie coꝝ ſubueni-
ens. Uerū tāte virtutis homo extitit vt in p̄poſitū eligeretur.

Interea p̄fatus antiſtes noting⁹ morit̄. ⁊ a bt̄o vdalrico au-
guſtēſi ep̄o ſepelit̄. Et ſct̄s cōradus ab eodē ſct̄o vdalrico et
toto clero ⁊ ppl̄o inuitus in ep̄m cōſtanciū. eccleſie eligitur.

xix b cccxx ¶ Sanctoꝝ martyrū vitalis et agricole. Nā ſct̄s vital' olim
fuit ſeruus ſc̄te agricole nūc cōſors ⁊ collega martyrij p̄ceſſit
ſeruus vt p̄uideret locū ſecut⁹ eſt dn̄s ſecure. Cūq; btūs vita-
lis cogeret̄ a pſequētib⁹ vt xp̄m negaret. et ille amplius ꝓfite
ret̄ dn̄m ih̄m xp̄m oia tormētoꝝ genera in eum exercuerūt vt
nō eſſet in eius corꝑe ſine vulnere loc⁹. Tūc btūs vitalis ora
tionē fudit ad dn̄m dicēs. Dn̄e ih̄u xp̄e ſaluator meus ⁊ deus
meus iube ⁊ ſuſcipe ſpm̄ meū. quia iam deſidero vt accipiā co
ronā quā angelus tuus mihi iam oſtdit. et ꝯpleta orōne emi-
ſit ſpm̄. Beatus vero agricola crucifixus eſt. ⁊ ſic ad dn̄m mi
grauit. Itē iacobi martyris qui cognomēto interciſus dict⁹
nobilis genere. ſed fide nobilior ⁊ regiōe pſarū ⁊ ciuitate elo-
pe oriūdus fuit. hic ex xp̄ianiſſimis parētib⁹ ortus vxorē chri
ſtianiſſimā habuit. Eratq; notiſſimus regi pſarū ⁊ inter opti
mates p̄mus. Accidit aūt p̄ncipe pſarū nimio amore ſeduce-
retur. ⁊ ad colēda ydola flecteret̄. hec aūt mater ⁊ vxor audiē-
tes ꝓtinus ſibi ſcripſerūt dicētes. Obediēdo mortali deſerui-
ſti eū qui vita eſt. Noueris ꝙ nos omnimodo a te futuras extra
neas. nec tecū de cetero aliq̄n moraturas. Cū iacob⁹ has lit-
teras legiſſet amare flens. Si mat̄ mea que genuit me. ⁊ vxor
mea a me extranee facte ſunt q̄ntomagis a me extraneus fa-
ctus eſt deus meus. Cū plurimū ꝓ errore ſe afflixiſſet cultu-
rā ydoloꝝ reliq̄t ⁊ fidē xp̄i reſūpſit. Qđ audiens p̄nceps ip̄m
blādicijs ꝓmiſſionib⁹ minis ac mūerib⁹ puertē ſtuduit. Et cū
eum nullo mō ſupare poſſet dedit hāc ſniam ſup iacobū. vt ad
alioꝝ terrorē iacob⁹ mēbratim puniat̄. Tūc carnifices polli
cē manus eius dextre abſciderūt. Btūs vero iacob⁹ grās egit
deo. Tūc ſcd̄s digitus abſcidit̄. tercius abſciſus eſt. et quart⁹
etiā q̄ntus abſciſus ē. Btūs iacob⁹ i abſciſiōe ſinguloꝝ digi-

toꝝ ſingulas laudes deo cātauit. Accedētes igit̄ impij ad ſi-
niſtrā manū digitū minimū abſciderūt. Abſcidit̄ ſeptun⁹ ab-
ſcidit̄ octau⁹. p̄ciditur nonus. incidit̄ ⁊ decim⁹. At ille ī ſingu
lis paſſionibꝫ grās ſingulas dño retulit. Tunc carnifices ac-
ceſſerūt ⁊ pollicē pedis dextri abſciderūt. abſcidit̄ ſcđs pedis
digitus. abſciderūt ⁊ terciū. p̄ciderūt quartū. incidit̄ ⁊ q̄ntus.
Tūc accedētes ad pedē ſiniſtrū ⁊ ſimilit̄ fecerūt. iacobꝫ gra-
tias egit deo ⁊ dixit. Ecce me tibi dñe ymoloꝛ. Tunc accedē
tes pedē dextrū abſciderūt. deīn pedē ſiniſtrū inciderunt. Po-
ſtea dextrā manū. deīn ſiniſtrā manū abſciderūt. poſtea dextrū
bꝛachiū abſciderūt. deīn ſiniſtrū p̄ſciderūt. Poſtea accedentes
abſciderūt ſuram dextri cruris ſcindētes vſqꝫ ad femur. Deīn
p̄ciderunt ſuram ſiniſtri pedis vſqꝫ ad femur. Tūc exclamās
beatus iacobꝫ ⁊ dixit. Dominatoꝛ dñe exaudi me ſeminiuū vi-
uoꝛum ⁊ moꝛtuoꝝ dñs. Digitos dñe non habeo vt eos ad te
poꝛrigā. nec manus vt eas ad te extendā. Pedes mei trūcati
⁊ genua mea demolita vt tibi genua flectere non valeam. Et
ſum velut caſura domus ablatis quibꝫ ſuſtētatur colūnis ex-
audi me dñe ihū xp̄e ⁊ educ de carcere animā meā hec cū di-
xiſſet vn⁹ de carnificibꝫ acceſſit ⁊ caput ei⁹ amputauit. Chri-
ſtiani igitur occulte acceſſerūt ⁊ coꝛpus eius rapiētes hono
rifice ſepelierunt. Paſſus eſt autē v. kl'. decembꝛis.

Apud affricā ſctoꝝ martyrū pipini ⁊ manſueti epoꝝ. qui | gil c cccxxxi
tempe wandalice p̄ſecutionis ꝓ defēſione catholice fidei can
dentibꝫ ferri laminis toto coꝛpoꝛe aduſti glorioſum martyrij
agonem cōſumauerunt.

Rome via ſalaria natale ſācti ſaturni martyris ⁊ epiſco | ſat d cccxxxij
pi. Qui ī capitolio a paganis tent⁹. ⁊ a ſūma capitolij arce ꝑ
oēs gradus p̄cipitatus capite colliſo excuſſoqꝫ cerebꝛo. et
oīm coꝛpe dilaniato dignam chꝛiſto animā exalauit. Itē ſan
ctoꝛū martyrū ſaturnini et ſiſinnij. qui pꝛo fide xp̄i in carcere
macerati ſūt. Scđo ī eculeo leuati. Tercio neruis ac fuſtibꝫ

ac ſcorpionibꝯ ceſi. Quarto flamis exuſti. Quinto decapitati
circa annos dñi cc.lxxxviij. Item vigilia ſancti andree apl'i.

an e cccxxxiij Natale ſancti andree apl'i. Qui p̄mo fuit diſcipulus
ſcti iohis baptiſte. qui dū quodā die ambularet iux̄ ma
re gallilee ſecus litꝰ a dño de piſcatoē piſciū ē voca-
tus. et in diſcipulū electꝰ. qui relictis oibꝫ ſecutꝰ ē xpm. Poſt
aſceſionē aūt dñi diuerſis aplis ādreas apud ſythiā. mattheꝰ
vero apd mirmidonē p̄dicauit. Ciues aūt illi p̄dicationē mat
thei reſpuētes oclos eiꝰ eruerūt. et vinctū catenis incarcera-
uerūt vt occideret. Venit aūt angelus dñi ad andreā dicens.
Uade in ciuitatē vbi ſcts mattheꝰ eſt in carcē. Et cum diceret
neſcio viā ſic duce angelo venit ī mirmidonā ⁊ ſctm mattheū
in carcē repit ⁊ fletibꝫ ⁊ orōnibꝫ ſuis coopante dño ſcto mat-
theo bñficiū duorꝫ luminū reddidit. et liberauit eū de carcere.
⁊ receſſit mattheꝰ inde ⁊ antyochiā puenit. Mirmidones aūt
de euaſiōe bti matthei dolētes btm andreā ɔprehenderūt. ⁊ li
gatū traxerūt p plateas ciuitatis. ⁊ capillis emiſſis donec ſan-
guis effluerct btſ andreas orauit p eis. et ſtatim penitentes
cōuerſi ſūt ad xpm. Et inde venit in achayam vbi plurima mi
racula fecit. plurimūqꝫ pplm ad fidē xpi ɔuertit. Deniqꝫ btſ
andreas i achaya puincia in ciuitate patras cōſiſtēs totā eā
eccleſijs repleuit. ⁊ pplos cū maximilla vxore egee p̄cōſolis
fidē xpi docuit. ⁊ ſacro baptiſmo baptizauit. Audiēs h' egeas
procōſul patras ciuitatē regreſſus eſt ɔpellēs chriſtianos ad
ſacrificia ydolorū. Cui occurrēs btſ andreas dixit. Oporte-
bat aūt vt tu qui iudex hoim eſſe meruiſti iudicē tuū q̄ eſt in ce
lis cognoſceres ⁊ agnitum coleres colēdo animū a falſis dijs
penitus reuocares. Iratus egeas iuſſit eū in carcerē recludi
Maneqꝫ facto tribunali ſiſtit. Cūqꝫ ei crux ⁊ inſta ſupplicia
minarentr̄ rñdit btūs andreas. Ego crucis xpi ſeruus ſum. ⁊
crucē pocius opto quā timeā. Tūc iuſſit a viginti vno hoibꝫ
cedi. et ceſum ligatis manibꝫ ⁊ pedibꝫ cruci alligari vt ſic lō-

gioꝛē recipet cruciatū. Cumq̧ duceret̄ ad crucē factus eſt cō-
curſus pploꜝ clamantiū ⁊ dicentiū. Innocens ſanguis eius
ſine cauſa dānat̄. andꝛeas aūt pplm rogauit vt eius paſſionē
nō impediret̄. Cūq̧ veniſſet ad locū vbi crux erat ait. Salue
crux ꝓcioſa q̄ in corpe xpi dedicata es. ⁊ ex mēbris eius tanq̄
margaritis oꝛnata. Anteq̄ in te dñs aſcēderet terroꝛē terre-
nū habuiſti. Nō vero amoꝛē celeſtis obtines. pro voto ſuſci
piens. ſecurꝰ ꝙ ⁊ gaudēs venio ad te ita ⁊ exultans ſuſcipias
me diſcipulū eius q̇ pependit ĩ te. accipe me ab hoibꝫ ⁊ redde
me magiſtro meo vt per te me recipiat. qui ꝑ te me redemit.
Hec dicēs veſtimēta ſua exuit et ea carnificibꝫ tradidit ſic q̧
vt iuſſū fuerat ĩ cruce eū ſuſpēderūt in q̄ biduo viuens xx. mili
bus hoim aſtantibꝫ ꝑdicauit ⁊ in fide xpi ꝯfoꝛtauit. Interea
minā͞te turba egee moꝛtē et dicē͞te virū ſctm ⁊ māſuetū ⁊ piū
nō debē ita pati ſed de cruce deponi. Que cum btūs ādꝛeas ad
ipm deponendū venire vidiſſet dixit. Quid tu veniſti ad nos
egea. Si ꝓ penitētia ipam ꝯſeq̄ris. Si aūt vt me deponas ſci
as ego de cruce viuus nō deſcendā. iam eñ video regē meū q̇
me expectat. Mittētes aūt carnifices manꝰ ad crucē volen-
tes eum deponē ſed nō poterāt. ſtupebāt eñ bꝛachia eoꝝ nec
poterāt eum tangē. Tūc btūs ādꝛeas voce magna dixit. Do
mine ihu xpe magiſter bone iube me de iſta cruce nō deponi.
niſi ante ſpiritū meū ſuſcepis. Et cū hec dixiſſet vidētibꝫ cun
ctis ſplēdoꝛ nimiꝰ dimidia hoꝛa circūdedit eum. ita vt nullus
eum videre poſſet. ⁊ abſcedēte lumine ſimul cum ipſo lumine
ſpm̄ tradidit. Maximilla vero xpo amabilis vxoꝛ egee tulit
coꝛpus apli ⁊ honoꝛifice cum aromatibꝫ ſepeliuit. Egeas ve
ro arreptus a demonio coꝛam oībꝫ expirauit. Tantus aūt
terroꝛ vniuerſos inuaſit. vt oēs crederēt in ihm xpm.

## December.

Rome ſctoꝝ martyrū Criſanti ⁊ darie v̇ginis q̇ poſt de cccxxxiiij
multas paſſiōes iuſſi ſūt a numeriano impatoꝛe via

ſalaria in barenario deponi atq; illic viuentes terra ⁊ lapidibus obrui. ſicq; migrauerūt ad xp̄m. Item in ciuitate nouio natalis ſancti eligij ep̄i ⁊ confeſſoris. Cuius vitam admirandā multiplex ſignoꝝ numerus cōmendat.

ce g cccxxxv ¶ Rome paſſio ſancte iuuiniane virginis et martyris que iubente iuliano imꝑatore ſacrilego tam diu plūbatis ceſa eſt donec ſpiritum redderet. ⁊ ſic migrauit ad xp̄m.

ber a cccxxxvj ¶ Rome ſctoꝝ martyrū claudij tribuni ⁊ vxoris ei⁹ hylarie ⁊ filioꝝ ioſonis ⁊ mauri cū lxx. militib⁹. Ex quib⁹ claudiū iuſſit numerian⁹ imꝑtor cū ingēti ſaxo alligatū ī mare ꝑcipitari. milites vero ⁊ filios ipſi⁹ cladij capitali ſn̄ia puniri. Itē paſſio ſcti caſſiani q̄ exceptoris diu gerēs officiū tandē celit⁹ īſpirat⁹ execrabile duxit xp̄ianoꝝ neci deſuire vn̄ renūtiās eidē ſeruicio ſub xp̄iana ꝯfeſſiōe triūphū meruit obtinē martyrij.

bar b cccxxxvij ¶ Sācte barbare v̄ginis ⁊ martyris. q̄ fuit nobil' ⁊ pulcra quā pat̄ eius ꝓpter fidē xp̄i p̄mo ꝑ crines traxit de q̄dā mōte in quo ſe occultauerat ⁊ recluſit eā in carcē. Altera die nunciauit pr̄ ꝑ̄ſidi de filia ſua q̄ eſſ; xp̄iana. Sȝ ꝑ̄ſes eā alloquēs ⁊ cum īueniret eā imobilē. Scd̄o v̄gis eā cedi iuſſit. Tercio neruis crudis cedit̄. Quarto vulnera ei⁹ cū cilicio fricant̄. et ſic poſita ī carcē xp̄s eā ſanauit. Quito pedib⁹ ē ſuſpēſa ⁊ ei⁹ latera vngulis ſūt raſa. Sexto lāpadib⁹ ardētib⁹ exurit̄. Septimo maleo caput eius tundit̄. Tūc ip̄a orauit. ne derelinq̄s me dn̄e. Octauo ꝑ̄ſes iuſſit mamillas ei⁹ abſcidi. Tūc ip̄a orauit. Ne ꝓſpicias me a facie tua. ⁊ ſic incarcerata a xp̄o iteꝝ ſanata ē. Nono iuſſit eā expoliari ⁊ ſic ꝑ ciuitatē duci. Tūc angel⁹ dn̄i opuit eā vt null⁹ poſſ; eā vidē. Et ſic ꝑ̄ſes pn̄tauit eā pr̄i. Pat̄ eduxit eā ⁊ ei caput ꝓprijs maib⁹ āputauit. ſȝ cū domū redirȝ fulgur de celo elapſū ip̄m pr̄eȝ ꝯſūpſit. ita vt nec puluis ibi remaneret. Itē apd̄ pontū bt̄i malecij ep̄i ⁊ ꝯfeſſoris. Qui cū eſſ; eruditōis ꝑ̄rogatiua magnific⁹ v̄tus tn̄ aīe ⁊ vite ſinceritatis lōge in eo magnificētior extitit. Hic in orone

conſtãter pſeuerãs dormitionẽ accepit ⁊ ad xp̃m migrauit.

¶ In affrica apud Tolomã ceſbeſtinã ſancte criſpini martyris que tẽporibꝰ dyocleciani ⁊ maximiani cũ ydolis ſacrificare noluiſſet iuſſu anuni ꝓ cõſulis obtrũcatione palmã martyrij accepta eſt. Item ſancti triphonis pueri qui ab infantia ſua multis miraculis claruit ⁊ ſub decio paſſus eſt. Nam pro fide catholica. Primo iuſſus eſt ſuſpẽdi. Ipe q̃ȝ exuens indumentũ caſtũ atq̧ pulcerrimũ corpus ſuũ cum alacritate dedit ad ſuppliciũ. Scd̃o vngulis ferreis lacerat̃. Tercio alligatũ equis ꝑ campos trahit̃ et diſſipant̃ eius mẽbra ab equis ſup terrã. Quarto iuſſit clauis pedes eius ꝑforari. Quinto iuſſit eum fuſtibꝰ cedi. Sexto lampades ardentes lateribꝰ eius applicari. Septimo gladio occiditur. | ba c cccxxxviij

Beatus nicolaus ex illuſtri proſapia ortus ciuis fuis patere. que fuit vna ex nobiliſſimis ciuitatibus lycie prouincie. Parẽtes eius cũ eſſent nimiũ locupletati in ꝓmeua etate iuuẽtutis ſue flore hũc genuerũt filiũ cũctis ſe voluptatibꝰ ſeculi abdicarẽt. Beatꝰ aũt Nicolaus cũ adhuc mr̃is lacte aleret̃ cepit bino die in ebdomada q̃rta. ſcȝ et ſexta feria ſemel bibere mãmas. ⁊ hac vice ꝯtentus eſſe. Innocẽter itaq̧ puerilibꝰ ãnis trãſactis. cũ vtroq̧ iã parẽte orbatus eſſet. ⁊ magnarũ rerũ tẽporaliũ diſtribuendi poteſtatẽ hẽret. Sepiꝰ illud euangeliũ aũ mẽtis ſue oculos ponẽs. Niſi q̃s renũciauerit oĩbꝰ q̃ poſſidet non põt meus eſſe diſcipulus. Accidit aũt vt quidã nobilis ꝯuicinus eius tres hñs filias ad tantã deueniret inopiã. vt etiam viri ignobiles earũ nupcias ſpernerẽt. Quas pater ob vite neceſſaria fornicari cõſtituit. Qd̃ vt btũs nicolaꝰ comꝑit ex habũdantia ſua illarũ inopiã impleuit. ſumenſq̧ tria fruſtra auri non modica ad domũ viri ꝑrexit tribuſq̧ noctibꝰ ſingulaq̧ fruſtra per feneſtram clam intro ꝓiecit clãq̧ diſceſſit. ⁊ ſic earꝫ inopie ſubuenit. ⁊ a pctõ fornicationis liberauit. Interea mirrea metropolis ciuitas | ui d cccxxxix

ſuo orbata eſt antiſtite. cuius obitum non mediocriter adia-
centium per rochiarũ cõdolentes epi fuerat em̃ religioſus.
cõuenerũt epi in vnũ cũ clericis vt ſcdm̃ canones boneſte illi
eccl'ie ꝓuiderẽt. Intererat aũt quidã põtifex magne auctori
tatis. ad cuius nutum oĩs pendebat ſentẽtia hic cũctos ie-
iunijs et orationibꝫ hortatus eſt inſiſtere. Illis quippe cum
ſumma deuocõe orãtibꝫ vocẽ de celo lapſam audiuit vt egre
diens ante portas eccl'ie ſtaret vt quẽ primũ hora matutinal'
venire. et eccl'iam intrare cõſpiceret ipm̃ cõſecraret epm̃ adiũ
gens q' nicolaus vocaret̃. Tunc preſule valuas eccl'ie cuſto
diente clero cũ ppl'o deuote orãte hora matutina quaſi a deo
miſſus ante omnes nicolaus ſe agebat. Cumqꝫ preſul manu
eum apprehendiſſet nomẽqꝫ eius percũctatus fuiſſet. vere ait
dñs quocunqꝫ pecieritis in noĩe meo credite quia accipietis
et fiet vobis. Viſo itaqꝫ beato nicolao oĩes ingentẽ intule-
runt clamorẽ laudãtes dei clemenciã Et licet plurimũ repu
gnauerit intronizatus illico põtificalẽ accepit infulam. Pon
tificali ergo infula ſublimatus eandem mox grauitatẽ eandẽ
humilitatẽ quã prius habebat non amiſit. Cũ ergo oĩm chri
ſmate virtute corroboret̃ nicolaus. ⁊ nihil ſibi ſed diuine gra
tie tribuere cepit ita coruſcare miraculis vt nõ tantũ ſuis ſed
etiã alieni oneris oppreſſi anguſtijs inuocato noĩe eius ſub-
ſidium ſentiret preſtante domino noſtro ieſu chriſto.

col e cccxl Octaua ſcti andree apl'i. Itẽ apud alexandriã natale bti
agathonis martyris ſub decio imperatore. qui cũ eſſet xpianꝰ
et ꝓhiberet q̇buſdã volẽtes illudere cadaueribꝫ martyrũ cla
mor repente totius vulgi aduerſus eũ extollit̃. Oblatus aũt
iudici cũ in xpiana ꝓfeſſiõe ꝑſiſteret capitali ſnĩa dãnatꝰ eſt.

con f cccxlj Conceptio virginis marie ſicut concepta eſt in vtero
anne matris ſue. Item apud alexandriã Natalis
ſancti machari martyris qui tempore decij cum a
iudice multis verbis ad negandũ xpm̃ ſuaderet̃. et eo maiori

conſtancia fidem xpianam profiteretur viuus iubetur exuri.
¶ Sancte eulalie virginis hec voce preconis audiuit vt ne- cep g cccxlij
mo xpm coleret vł moreret̃ gauiſa eſt ſpe martyrij. Videns au
tem dacianum pro tribunali ſedere cito ad eũ currẽs ait. infeli
ciſſime tiranne cur ſanctos occidis. Ob hoc primo fuſtibꝫ ce
ditur. Scḋo eculeo ſuſpendit̃ et tam diu torquet̃ donec ex-
ungularet̃. Tercio facibus oleo infuſo comburit̃ ⁊ precipi-
tur tam diu pendere donec totaliter cõſumaret̃ ſed ea orante
facule tortores comburebãt ipam aũt nõ ledebãt. Ea aũt ex-
ſpirante viſa eſt columba ex ore eius in celũ volare xpiani vo
eã ſepelierũt. Itẽ natale ſcẽ leocadie ṽginis. que a prefecto
hiſpaniarũ daciano apḋ toledira carceris cuſtodia macerata
cũ grauiſſimos cruciatꝰ eulalie ṽginis et reliquorũ martyrũ
audiſſet genibꝫ in orõne poſitis imaculatũ ſpm̃ xpo reddidit
¶ Apud ciuitatẽ ſpoletanã ſcõrũ martyrũ carpofori pr̄ſbiteri et A cccxliij
et habundij dyaconi qui pro fide xpi. primo fuſtibꝫ ſũt ceſi. ſcḋo
in carcere negato cibo ſunt truſi. tercio rurſuʒ eculeo torti.
quarto iterũ in carcere macerati. quinto gladio percuſſi ſunt.
¶ Rome damaſi pape hic cõſtituit vt pſalmi die noctuqꝫ ca al b cccxliiij
nerent̃ per omẽs eccl̃ias. Itẽ paſſio ſancti traſonis martyris.
qui cũ eſſet xpianiſſimꝰ iubẽte maximiano tentꝰ eſt ⁊ cũ alijs
duobꝫ martyrio coronatus eſt. Itẽ paſſio ſanctorũ martyrũ
Juſtiani et victorini in quorũ naribus ⁊ auribus iuſſit preſes
carbones ignitos immittere. ſcḋo clauis candẽtibꝫ timpora
tranſfigi. tercio oculos euelli. quarto vna cũ ſcõ luciano ho
ſpite ſuo capitibꝫ amputatis migrauerũt ad dñm ihm xpm.
¶ In alexandria ſanctorũ martyrũ epimachi et alexandri. ma c cccxlv
qui cũ eſſent multo tpe in vinculis ⁊ diuerſis ſupplicijs cõfecti
et perduraſſent in fide ignibꝫ tandẽ conſummi iubent̃. Itẽ alexã
drie ſcãrũ mulierũ amonarie et mercurie et alijs duabꝫ que
mandatis tormentorũ generibꝫ tolleratis ac ſupatis finẽ oẽs
ferro cedente ſuſceperũt. Itẽ apud narbonam natale ſancti

pauli cõfessoris quẽ bt̃s paulus apl̃s ordinauit eidemq3 vrbi
ãtistitẽ destinauit. qui gl'iosis miracul' choruscã vitã finiuit.

lu d ccclxvj Apud siracusanã ciuitatẽ sicilie natale scte lucie vginis ⁊ martyris. que a suo sponso pascasio sub psecucõe dyocleciani pter fidẽ castitatis accusat̃ q̄ esset xp̄iana quã cũ prepositus cogeret vt oblacõe3 dijs offerret. Rñdit oblatio deo placẽs est visitare infirmos ⁊ paupib3 subuenire. Et ecce ia3 transacti sunt tres anni ex quo ea que habui deo vero dño ihũ xp̄o obtuli mõ meip̃am offero. prepositus dixit. Si nõ sacrificaueris dijs facia3 te ad lupanar duci vbi cũ fueris polluta fugiet a te spiritus scẽs. Rñdit beata lucia. Nunq̄ polluit̃ corpus nisi ex cõsensu mentis. Tũc preposit⁹ fecit multos leones venire vt traherẽt eã ad lupanar. Spiritus aũt scẽs fecit eã tã ponderosa3 et ita corpus eius ad terrã fixit vt penitus moueri nõ posset. nec etiã ligatã funibus multi hoĩes trahẽtes ita vt sudantes deficerent. Et post addentes boues multos nullatenus mouere potuerũt. Tunc amens preposit⁹ dixit. que sunt hec maleficia q̄ vnã puella3 tam mlti hoĩes mouere nõ possunt. lucia rñdit si adderes decem milia me nõ mouerẽt. Tũc igne magno circa eam accenso cũ pice resina et oleo cũ nõ lederet̃ sed magis deum laudaret tandẽ gladio in viscera eius merso percussa est nec tamẽ loquelã perdidit nec mota est de loco vbi percussa est donec venientib3 sacerdotib3 communionem dominici corporis et sanguinis susciperet. Et postea statim ductus est pascasius romam captiuus. dictum em̃ fuerat romanis q̄ depredatus esset prouinciã et ideo meruit accipe capitalẽ senteciã. Item sancte otilie que ceca nata est quã dñs ihs xp̄s miraculose illuminauit. Itẽ scti iodoci qui est singularis patronus et adiutor oĩb3 eũ inuocãtib3.

ci e ccclxvij Apud alexandriã sctorũ martyrũ heronis arsenij ysidori ⁊ dyastori pueri. quorũ tres primos iudex sub psecucõe daciani varijs tormentis dilanians cum pari constancia fidei videret

armatos tradi ignibus iubet. Dyaſtorus mltipliciter flagel
latus diuino nutu ad conſolationē fideliuꝫ eſt dimiſſus. Jtē
apud ciprum natale ſancti Spiridionis epī cui maximianus
ob xpiane fidei conſtanciā dextrū oculum iuſſit effodi et ſini
ſtrum pollicem ſuccidi. Hic cum propheticā duceret vitam.
etiam ſignorū glīa inclitus fuit. qui felicit̄ ad xp̄m migrauit.
¶ Apud affricam natalis beati valeriani epī ⁊ confeſſoris. a f cccxlviij
qui cum eſſet annorū plus q̄ octoginta extra ciuitatē expelli
ſolus iuſſus eſt. Et ita preceptū vt nullus eum neq̄ in domo
neq̄ in agro dimitteret habitare. ſicq̄ in ſtrata publica mul
to tempore nudus ſub aere iacens in confeſſione et defenſio
ne catholice fidei et veritatis curſum beate vite compleuit.
¶ Capadocie puer ſeptem annorū mām̄es noīe. qui ſub au- ſāc g cccxlix
reliano impatore ab alexandro preſide paſſus eſt. Cui enim
ydolorꝫ cultum ex inſtinctu ſpiritus ſancti om̄ino reſpueret
pro fide xp̄i. Primo iuſſus eſt ſuſpendi et torqueri. Scd̄o in
caminū ignis eſt miſſus ſed eo munito ſigno ſancte crucis in-
trante flama ſtatim extincta eſt. Tercio beſtijs eſt traditus.
ſed nō leſus eſt ab ip̄is. Quarto lapidatꝰ eſt ⁊ ſic emiſit ſp̄m.
¶ Trāſlacō ſcti ignacij epī ⁊ martyris. qui tercīꝰ poſt petrū tus A cccl
aplm̄ āthiocenā rexit eccliaꝫ. hic rome paſſus eſt kl. februarij
Nā ſub pſecucōe traiani impatoris romā vinctus mittit̄ vbi
pñte eodē circūſedēte ſenatu immaniſſimis penarū ſupplicijs
primo affectus. Deinde leonibꝰ obicit̄ eorūq̄ dentibꝰ deuo-
ratus hoſtia placēs xp̄i efficit̄. Jnde delatus iacet antiochie
plurima fiunt miracula preſtāte dn̄o. Jtē ſcti lazari epī fra-
tris marthe et marie magdalene. quē xp̄us ſuſcitauit a mor-
tuis. qui poſt reſuſcitacōꝫ ⁊ aſcenſionē xp̄i electus eſt in ep̄m.
vbi valde aſperā vitā duxit. Nūq̄ vinū bibit niſi ter in āno ⁊
panē ordeaceū comedit ⁊ aquā bibit ⁊ quotidie de veſpe cibū
ſumebat. Ciliciū in corpe et deſup tunicā de rudi panno ha-
buit. Nō lectū niſi terrā in cilicio et ſaccū durū ꝓ coopertorio

et lapidē ſubtus caput ꝓ cuſſino. Calciamēta raro extrahēs. Sed gemēs cōdolebat pctoribꝫ qn̄ cognouit eos delinquere ꝓpter magnitudinē penarū que ſequunt̄ peccātibꝫ. Et ſcd̄m chriſoſtimū. nunq̄ poſtea riſit ſ ſp triſtis erat. Trāſactis pluribꝫ ānis in epātu tpe decij paſſus eſt. primo pectinibꝫ ferreis lacerat⁹. ſcd̄o lorica ignita indut⁹. tercio ſubter cratē ferreā poſit⁹ carbonibꝫ cū pice deſup locatis ſ āgelus ſibi refrigeriū fecit. quarto ad ſtipidē ligat⁹ et a. lx. militibꝫ ſagitat⁹ ſ tela in aerem ſe eleuauerūt nec eū tetigerūt. quinto decollat⁹ eſt.

ab b cccli ¶ Sancti wunibaldi abbatis fratris ſancti wilibaldi et ſancte walpurge. qui ſanctā vitam duxit et in dyoceſi eijſtetenſi ſepultus eſt. Item apud macedoniā prouinciā ciuitatē philippis natalis dies beatorū martyrū Ruffini et zoſimi. hij in horum numero diſcipulorū fuerūt per quos primitiua eccleſia in iudeis et grecis fundata eſt. De quorū felici agone ſcribit beat⁹ policarpus in epiſtola ad philipenſes.

in c ccclij ¶ Apud egiptū beati nemeſij martyris. qui ab emiliano iudice pro fide xpi primo geminatis ſupplicijs eſt cruciatus. ſecundo cum latronibꝫ iuſſus eſt incendi ſaluatoris perferens ſimilitudinē qui cum latronibꝫ paſſionē pertulit crucis.

de d cccliij ¶ Vigilia ſcti thome apli. Itē apd alexādriā Paſſio ſctoꝝ martyrū amonis zenonis ptolomei. hij ingeniū cū iā in ſupplicijs trepidaret et iā pene ad negandū xpm̄ declinaret vultu oculis ⁊ nutibus illū conabant̄ erigere ⁊ in fide cōfortare. Cunq̄ hac de cauſa clamor totius vulgi in eos proſileret prorumpentes in mediū xpianos ſe eſſe teſtant̄ ꝑ quoꝝ victoriā moꝝ xp̄s glorioſiſſime triūphauit ſuiſq̄ animi ꝯſtantiā dedit.

tho e cccliiij Beatus thomas apl's parthis et medis euāgeliū predicauit. Huic dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s in ciuitate ceſarea apparuit ipm̄q̄ in indiam ad p̄dicandū euangeliū miſit. beatus thomas gundoferum regē indye cū om̄i familia ac alio pplo numero nouem milia viroꝝ exceptis paruulis ac

mulierib⁹ ad fidem cõuertit. Poſt hec beatus thomas ad ſu
periorẽ indiam ꝓfectus eſt. vbi ꝓpter infinita miracula que
fecit om̃is pplꝰs ad eũ cõfluebat. quib⁹ fidẽ xpianã ꝑdicabat
et fonte ſacri baptiſmi miniſtrauit. Tũc oẽs ſacerdotes ydo-
lorum ↄtra ipm̃ mugitũ dederũt. Accedẽs ergo ad eũ ſumm⁹
ſacerdos btm̃ thomã gladio trãſuerberauit et ſic ad xpm̃ mi
grauit. Yſido. in libro de vita et obitu ſctoꝝ dicit. btm̃ thomã
lanceis trãſfixum occubuiſſe. Poterat tñ eſſe ꝙ prius fuerit
lãceis trãſfixus et poſtea gladio ꝑcuſſus. Criſo. dicit Dũ tho
mas ad regionẽ magorũ qui adorandũ xpm̃ venerãt deueniſ-
ſet eoſdẽ magos baptizauit ⁊ facti ſũt adiutores xpiane fidei.

Rome via latia int̃ duos lauros natale. xxx. martyꝝ. q̃ oẽs mas f ccclv
vno die ꝑſecucõe dyocleciãi martyrio coronati ſũt. Itẽ alexã
drie bti cironis martyris. is cũ ad ſacrificãdũ blãdicijs ⁊ mi
nis cogeret̃ et ↄtemneret ꝑ viſcera trãſuerberat⁹ neci tradit̃.

Rome natale ſcte victorie ṽginis ſub ꝑſecucõe decij impa mo g ccclvi
toris. q̃ cũ eſſet deſpõſata cuidã pagano. ⁊ nec ei nubere vellet
nec dijs ſuis ſacrificare. poſt m̃lta ſcta miracula interq̃ pluri
mas ṽgĩes quas dño aggregauerat ꝑcuſſa ẽ gladio in corde a
carnifice rogatu ſui ſpõſi. ⁊ ſic migrauit ad xpm̃ verũ ſuũ ſpõſũ.

Vigilia natiuitatis dñi nr̃i ihu xpi. Itẽ apd̃ ſpoletũ ciui- do A ccclvij
tatẽ tuſcie natale ſcti gregorij ꝑ̃ſbiteri ⁊ martyris tpib⁹ dyo-
cleciãi ⁊ maximiãi impatoꝝ. q̃ ꝓ fide xpi ꝑ̃mo fuſtib⁹ nodoſis ẽ
ceſus. ſcdo ſup craticulã aſſat⁹ ⁊ in carcẽ recluſus. vbi a xpo
e conuerſo eſt ſanat⁹. tercio cordis ferreis in genib⁹ ꝑcuſſus.
q̃rto ardẽtib⁹ lãpadib⁹ in latera incẽſus. q̃nto decollat⁹ eſt.

Natiuitas dñi nr̃i ihu xpi ſcd̃m carnẽ. que m̃ltis nat b ccclviij
modis miracul' honorãda eſt. Indicata eñi eſt
paſtorib⁹ in iudea ꝑ ãgelos. magis in oriente ꝑ
nouã ſtellã. Romanis ꝑ fontẽ olei. Octauião
impante qui ꝑ oẽm orbẽ regnauit. xlij. ãno impij ſui natus eſt
de virgine maria in bethleẽ annis ab inicio mundi trãſactis

quinqꝫ milia centū et nonagintanouē vt ſcribit oroſius ⁊ au
guſtinus. vel ſcđm alios quinqꝫ milia ducentis et .xxviij. vel
ſcđm alios ſex milia. vel ſcđm euſebiū ceſarienſem in cronicis
ſuis quinqꝫ milia nongētis. vel ſcđm ↄputacōeȝ iudeoꝝ q̇nqꝫ
milia ducētis minꝰ duobꝫ ānis. Et āno impij ceſaris auguſti
quadrageſimoſecūdo octauo kł. ianuarij die dn̄ica in medie
noctis ſilēcio. que hora naſcēte dei filio illuīata fuit ſicut me
ridies. Stella tribꝫ magis apuit in oriēte. Pax hoībꝫ cū an
gelis de celo veīt. fons olei rome erupit. Vinee engaddi bal
ſamū ꝓtulerūt. ydola egipti corruerūt. imago ſiue ſtatua ro
muli cecidit. Oēs zodomite in toto mūdo in noctē xp̄i ſubita
nece obierūt. mane tres ſoles oriebant̄ et in vnū paulatim iun
gebāt̄. In meridie circł̄us aureꝰ in celo apuit. in quo v̉ginē
geſtātē puerū ceſar vidit. Et vox de celo ſonuit hec ē ara celi
Tūc fecit arā magnā in loco ſublimi in q̄ ſcripſit latie hec ē
ara filij dei. Et cū eſſet vir prudēs māſuetꝰ ⁊ paciēs de cōſ͛ ho
ſibille impiali ornatu depoſito in cinere et cilicio orās vidit
q̄ſi patefactū celū ⁊ v̉ginē tenētē in manibꝫ gremioqꝫ geſtātē
puulū. ⁊ tāto gaudio auguſtus eſt pfuſus q̄ thura obtulit et
p̄cepit ne quis eū deū amplius appellaret. Ibi itaqꝫ poſtea
eccł̄ia dei mr̄e facta ē. Itē tp̄e natiuitatis xp̄i et ſub regimie
auguſti impatoris tāta pax fuit p vniuerſā terrā p ānos .xij. ⁊
nuſq̄ꝫ in orbe q̇ſquā bella ↄtra quēquā moueret. Et ideo ro
mani ↄſtruxerūt tēplū pacis. de quo faticinatū fuit qđ tā diu
ſtare deberet donec v̉go filiū pareret. ⁊ q2 hoc impoſſibile v͛ de
bat̄. Ideo in pariete tal̄ ſcriptura facta fuit tēplū pacis et̄ne
Illud aūt tēplū funditꝰ ruit qn̄ maria v̉go xp̄m pepit. Facta
eſt autē natiuitas xp̄i hoc mō ſicut euāgelica narrat hiſtoria.
Exijt eīm edictū a ceſare auguſto octauiano vicȝ impatore q̇
auguſtus ab augmēto rei publice dictꝰ eſt. vt deſcriberet̄ vni
uerſus orb̄. Et ibāt oēs hoīes vt ꝓfiterent̄ ſinguli in ciuitatē
ſuā. vn̄ natꝰ fuerat. Aſcēdit aūt ⁊ ioſeph a galilea ꝓuincia de

ciuitate nazareth in iudeam prouinciā in ciuitatē dauid que
vocatur bethleem. Ideo quia erat de progenie dauid vt pro
fiteret cū maria deſpōſata ſibi vxorē in proximo pariēte. Cū
aūt eſſent in bethleē impleti ſunt dies vt pareret et peperit fi
lium ſuū primogenitū. Gloſa dicit primogenitū id eſt nō poſt
aliū ſed ante quē nullū peperat. Quod eſt cōtra aliquos he-
reticos qui dicebāt xpm dei primogenitū reſpectu ſequētiū fi
liorū. Et pannis eū inuoluit. ac in p̄ſepio poſuit. et qꝛ nō erat
ei locus in diuerſorio ſcḋm bedam. Diuerſoriū dicit̄ domus
inter duos muros duas ianuas habēs. vnde ſcḋm bedam di-
uerſoriū dicit̄ quaſi diuerſa habēs orificia id eſt duo ora. vel
diuerſoriū eſt platea. inter duos vicos ex vtroqꝫ latere habēs
murū. et in vtraqꝫ extremitate habēs portā ſcꝫ vt ſit exitus in
vtrūqꝫ vicū. deſup coopta ꝓpter aeris intēperiē. vt in feſtiuis
diebꝫ poſſint ciues ibi ꝯuenire ad cōfabulādū et colludēdū. ⁊
paſtores in regione eadē vigilātes et cuſtodiētes vigilias no
ctis ſup gregē ſuū. Et ecce āgelus dñi ſtetit iuxta paſtores et
claritas dei circūfulſit illos. ⁊ timuerūt timore magno. Et di
xit eis āgelus. Nolite timere. Ecce euāgelizo vobis gaudiū
magnū qḋ erit oīm pplo. qꝛ natus eſt nob̄ hodie ſaluator mū
di qui eſt xps dñs in bethleem ciuitate dauid. Et vt credatis
nec dubitetis. Hoc vob̄ ſignū. inuenietis infantē pānis inuo
lutū et poſitū in p̄ſepio. Et ſubito facta eſt cū āgelo mltitudo
milicie celeſtis laudantiū deū ac dicētiū. Gloria in altiſſimis
deo. et in terra pax hominibꝫ bone volūtatis. Et factū eſt vt
receſſerūt āgeli ab eis. Paſtores loquebant̄ adinuicē. Tran
ſeamus vſqꝫ bethleē et videamꝰ hoc verbū ſcꝫ ab eterno ge-
nitum. qḋ nūc factum eſt caro. qḋ dñs pater fecit id eſt genuit
et incarnari fecit. et ipm incarnatū oſtendit nob̄ ſcꝫ per ange
lum. qui hoc nob̄ nūciauit. Et venerūt feſtinātes et inuene-
runt mariā et ioſeph infantē poſitū in p̄ſepio. Vidētes aūt co
gnouerūt oculis corpalibꝫ et cognicōe intellectuali de verbo

qd dictū erat illis scȝ ab āgelo de puero hoc scȝ ꝙ illud ver-
bum esset verū. Vñ scđm glosam. viderūt carnē exterius et co
gnouerūt etiā p̄ fidē interius v̄bū. id est dei filiū. Et oēs qui
hoc audierūt a pastoribꝫ admirati sunt. Maria aūt cōserua
bat oīa verba hec cōferēs in corde suo. Nō solū verba sed
etiaȝ que circa se facere viderat ad ea que in ꝓphetis legerat
adimplēda. Et reuersi sunt pastores ad curā gregis sui glori
ficantes corde et laudātes ore deū in oībꝫ id est de oībus
que. audierāt ab āgelis ⁊ viderāt scȝ ꝓprijs ocul'. laudem⁹ et
glorificem⁹ et nos deū qui fecit nob salutē mittēdo nob redē
ptorē dñm nr̄m ihm xp̄m. qui cū eo ⁊ spū scō viuit et regnat
deus p̄ oīa scl'a scl'oꝝ. Item eodē die natale scte anastasie
v̄ginis que fuit nobil' et a scto crisogono ī fide xp̄i erudita. q̄
sub dyocleciano imꝑatore p̄ fide xp̄i. p̄mo est incarcerata et
ibi fame macerata. Deīn cū ducētis viris ⁊ septingētis femīs
ad insulas palmarias delata. ipa quidē igne ceteri vo varijs in
terfectōibꝫ martiriū ꝯsumauerūt āno dñi ducētesimo lxxxvij.

Stef e ccclix

Apud hierosolimā natalis sancti stephani protho-
martyris. q̄ a iudeis nō longe post passionē xp̄i lapi
dat⁹ ē eodē scȝ anno ascensionis ipius. hic cū esset
de septē dyaconibꝫ ab ap̄lis in ministeriū predicādi verbū dei
ordinat⁹ Erat etiā plenus gr̄a et fortitudīe faciebatqȝ signa
magna in pp̄lo. Surrexerūt aūt quidā de sinagoga disputā-
tes cū stephano et nō poterāt resistere sapiētie et spūi qui lo-
quebat̄. Tunc miserūt viros qui dicerēt se audisse eū dicentē
verba blasphemie in moysen et deū. cōmouerūt itaqȝ plebē ⁊
seniores et scribas et cōcurrētes rapuerūt eū et adduxerūt in
consiliū et statuerūt testes falsos dicētes. Homo iste nō ces-
sat loqui v̄ba aduersus locū scm̄ et legē. Audiuim⁹ eīm eū di
centē ꝙ ihs nazaren⁹ hic destruet locū istū et mutabit tradi-
tiones quas tradidit nob moyses Et intuētes eū qui erāt in
consilio. viderūt faciē ei⁹ tanꝙ faciē āgeli stātis inter illos

Et cū inter cetera verba diceret quē ꝓphetarꝫ nō ſunt pſecu-
ti patres vr̄i ⁊ occiderūt eos qui p̄nunciabāt de aduētu iuſti.
Audiētes hec et hijs ſimilia diſſecabant cordibꝫ ſuis ⁊ ſtride
bant dētibꝫ in eū. Cū aūt eſſet ſtephanus plen⁹ ſpū ſcō intē-
dens in celū vidit gloriā dei et ihm̄ ſtantē a dextris dei. Et ait
ecce video celos aptos et filiū hois ſtātē a dextris dei. Excla
mātes aūt oēs voce magna cōtinuerūt aures ſuas et impetū
fecerūt vnanimit̄ in eū et eiciētes eū extra ciuitatē lapidabāt
et teſtes depoſuerūt veſtimēta ſua ſecus pedes adoleſcētis qui
vocabat̄ ſaulus. Et lapidabāt ſtephanū inuocātē et dicētē.
Dn̄e ihu accipe ſpm̄ meū Poſitis aūt genibus clamauit vo
ce magna dicēs. Dn̄e ne ſtatuas illis hoc peccatū. Et cū hoc
dixiſſet obdormiuit in dn̄o. Cuius corpus viri timorati. Ni-
codemus et gamaliel qui ſp erāt ꝓ xp̄ianis ſepelierūt deuote.

IN aſia ꝓuincia ciuitate epheſo natalis ſancti iohā- io d ccclx
nis. Iſte eſt iohānes apl's et euāgeliſta filius zebe-
dei frater iacobi. virgo electus a dn̄o atq; inter ce-
teros magis dilect⁹. hic a xp̄o in iuuētute vocat⁹ ad apoſto-
latum a nupcijs. volēs nubere et vgo ꝑmanſit. Hic ſupra pe-
ctus dn̄i in cena recubuit. ⁊ ab ipo ſacro dn̄ici pectoris fonte
potauit. Huic xp̄s in cruce mr̄em vginē vgini ꝯmēdauit di-
cens. mulier ecce filius tu⁹ ⁊c̄. Btūs iohānes poſt pētecoſten
diuiſis apl'is in aſiam ꝓfect⁹ eſt. Impator aūt domicianus q̄
ſecūdus poſt neronē xp̄ianoꝝ pſecutor extitit. intelligēs ei⁹
famā acceſitū eū ꝓpter p̄dicacōes et ppl'i illius terre ad fidē
xp̄i ꝯuerſionē in doleū feruētis olei an̄ portā latinā mitti iuſ-
ſit. ille aūt iñ exijt illeſus a corrupcōe ſicut a corrupcōe carnis
extiterat alien⁹. vidēs ḡ domician⁹ q nec ſic a p̄dicacōe deſi-
ſteret eū in pathmos inſulā i exiliū relegauit. vbi ſolus degēs
apocalipſim ſcripſit. Eodē aūt āno domician⁹ ꝓpter nimiam
ſui crudelitatē occidit̄. et a ſenatu q̄cquid domician⁹ fecerat
irritat̄ ⁊ reuocat̄. Sicq; btūs iohānes q̄ cū iniuria in inſulā

deportatꝰ fuerat. cum honore maximo ad epheſum remeauit
occurrēte vniuerſo ppło clamāte ⁊ dicēte. Bn̄dictꝰ qui venit
in noīe dn̄i. In ingreſſu autē ipſius druſianā diſcipulā ſuā
que mortua efferebať ſuſcitauit. que ſtatiꝫ prandiū fecit ac ſi-
bi miniſtrauit. Inter alias virtutes magnitudo ſignorū eius
hec fuit. Itē gēmarū fragmenta in ꝓpriā reformauit naturā.
Viduā q̄ꝫ p̄cepto ppłi ſuſcitauit. Et redutiuū corpꝰ iuuenis
remeāte aīa reparauit. bibēs letiferū hauſtū. nō ſolū euaſit peri
culū ſꝫ eodē ꝓſtratos poculo in vite reparauit ſtatū. Cum aūt
eſſet ānoꝝ xcix. Apparuit ei dn̄s ih̄s xp̄s cum diſcipulis ſuis
⁊ ait illi. Veni ad me qꝛ tempꝰ eſt vt epuleris in ꝯuiuio meo
cum fratribꝫ tuis. Surgit ioh̄es cepit ire ⁊ dn̄s dixit ei. dn̄ica
reſurrectōis mee die q̄ poſt q̄nqꝫ dies futurꝰ eſt venies ad me
Et cum hec dixiſſet celo receptꝰ eſt. Dn̄ica aūt die ꝯuenit vni
uerſus ppłus in eccleſiam q̄ in eius noīe fabricata erat. Et a
p̄mo pulloꝝ cantu agēs miſteria. omnēqꝫ ppłm vſqꝫ ad horā
diei terciā allocutꝰ eſt dicēs. Frēs mei agnoſcite q̄nta bona
dn̄s vob̄ ꝑ me p̄ſtitit. ⁊ pſeuerate ī eius mādatis. me eñi die h̄
dn̄s de mūdo vocare dignatꝰ eſt. Poſt hoc iuſſit iuxta altare
foueā fieri q̄dratā ⁊ terrā ext̄ eccłiam ꝓiici ⁊ deſcēdens in fo-
ueā expādit manꝰ ſuas ad deū. ⁊ dixit inuitatꝰ ad ꝯuiuiū tuū
venio grās agens. q̄a dignatꝰ es me dn̄e ih̄u xp̄e ad tuas epu
las inuitare. ſciens ꝙ ex toto corde deſiderabat te. Suſcipe
me vt cū fr̄ibꝫ meis ſim cū q̄bꝫ veniēs viſitaſti me. Aperi mihi
ianuā vite. p̄nceps tenebrarū nō occurrat mihi. tu es eñi xp̄s
filꝰ dei viui. q̄ p̄cepto p̄ris mundū ſaluaſti. tibi grās referimꝰ
infinita ſcła ſcłoꝝ. Et cū oīs ppłs r̄ndiſſet amē. lux tāta appa
ruit ſuꝑ apłm vna fere hora. ꝙ nullus ī eū reſpicē potuit. Re
cedēte aūt lumīe fouea inuenit plena māna. qḋ ī illo loco vſqꝫ
hodie generať. ita vt ī fūdo fouee inſtar minute harene ſcatu
rire videať ſicut in fōtibꝫ fieri ꝯſueuit vbi p̄ſtant beneficia ⁊c.
Obijt aūt ſcꝫ āno pꝰ paſſionē dn̄i etatis aūt ſue. xcix. epheſi.

Apud bethleē natalis ſctoꝝ innocentū quos herodes aſcalonita occidit. Sȝ notandū ꝙ tres fuerūt herodes (pu e ccclxj ſicut ſacra ſcriptura cōmemorat quos famoſos fecit eorū infamis crudelitas. Primus dictus eſt aſcalonita. ſub quo dn̄s noſter natus eſt. Secundus dictus eſt herodes antipas. qui iohannem baptiſtam decollauit. Tercius dictus eſt herodes agrippa. qui iacobum occidit et petrum incarcerauit. Herodes aſcalonita vt vidit magos hieroſolimā veniſſe et de ortu noui regis diligēti⁹ ſciſcitaſſe turbatus eſt et omnis hieroſolima cū illo timēs ne de verorum reguȝ genere aliquis natus eſſet qui eū tanꝙ regni inuaſorē repelleret. rogauit magos vt puerū diligēter inquirerēt et eo inuento ſibi nunciarēt ſimulās ſe velle adorare quē volebat occidere. Verūtamē magi per aliā viam reuerſi ſunt in regionē ſuā. Videns aūt herodes ꝙ nequaꝙ ad ſe venirent illuſum ſe credidit ⁊ ab inquiſitione pueri ihū animū reuocauit. Cū aūt audiſſet que paſtores dixerāt et que ſimeon et anna ꝓphetauerāt vehemēter timuit et de nece pueroꝝ cogitauit vt cū eis ille quē ignorabat occideret. Ad āmonicōȝ aūt āgeli ioſeph in egiptū in ciuitatē hermopolim cū puero et mr̄e eius fugit. ibiqȝ ſeptē ānis vſqȝ ad obitū herodis ꝑmāſit. Herodes aūt irat⁹ valde et mittēs occidit oēs pueros qui erāt in bethleē et in oīb⁹ finib⁹ ei⁹ a bimatu ⁊ infra ſcd̄ȝ tps qd̄ exqſierat a magis. Dicti ſūt aūt innocētes triplici racōe. Primo racōe vite. qȝ vitā innocētē habuerūt. Scd̄o racōe pene quā innocēter et iniuſte paſſi ſunt. Tercio rōe innocentie aſſecute. qm̄ in ip̄o martyrio aſſecuti ſūt baptiſmalē innocētiā. Iſti ḡ ſūt qui nō inquinauerūt veſtimēta ſua id ē corpa. iſti ſūt vexilla vera ihū xp̄i ⁊ duces exercitus flores martyꝝ ꝑmitie xp̄o. qȝ ſicut in lege veteri ꝑmi fructus dicūtur ꝑmitie. Sic et iſti pueri innocētes ſunt ꝑmi. qui pro xp̄o ſunt occiſi ab herode iniquo. qui herodes ex ꝑmiſſione diuina poſt occiſionē pueroꝝ incidit in grauiſſimū dolorē

qui cum a medicis curari nõ potuit ſeipm̃ cutello necans cõ-
putruit. Fetorẽ ipſius nemo ſuſtinere potuit. et nũc ſtridet in
inferno ideo alleluia et te deum laudamꝰ nõ dicimꝰ in feſto
innocentũ. qꝛ eccl'ia cõpatit' martyribꝫ et parẽtibꝫ occiſorũ. ⁊
etiã qꝛ in limbum deſcenderũt. et per triginta annos manſe-
runt donec chriſti ſanguine liberarent'.

tho f ccclxij ¶ In britania prouincia ciuitate cantuaria natale ſcti tho-
me epi eiuſdẽ ciuitatis et martyris. qui adhuc iuuenis oĩbꝫ
graciosus fuit. qui primo eiuſdẽ ciuitatis archidyaconus fa-
ctus eſt. ⁊ tantũ placuit regi vt poſt deceſſuꝫ archiepi inuitus
et coactus a rege ⁊ a quodã cardinali eps̃ eſt factus. qui ſubi-
to in virũ alterũ eſt mutatus. lectioni et oracõi ſp̃ intentus ⁊
ieiunijs ⁊ cilicio carnẽ ſuã cruciauit. Nõ ſolũ aũt ciliciũ pro
camiſea deferebat ſed etiã femoralia cilicina vſqꝫ ad poplitẽ
baiulabat. Rex aũt ad volũtatẽ ſuã in detrimẽtũ eccl'ie ipm̃
inflectere nitebat'. qui dũ oĩno aſſentire noluit ꝯtra ſe iraꝫ
regis et principũ ꝓuocauit ita vt etiã ſibi rex mortis ſentẽtiã
minaret'. Ideo ipe dans locũ ire exultauit ꝑ ſex annos conti
nue. Septio aũt anno ad ſuã eccl'iam rediijt. et quinto die na
tiuitatis ſue in eccl'ia in baſilica ſedis ſue preſule exiſtente. mi
niſtri dyaboli armati cũ ml'tis irruũt ſacrã coronã abſcindũt
cerebrũ effuſuꝫ cũ ſanguĩe crudelit' ſpargũt. Ideo aũt vlcio
diuina deſeuit in hoſtes vt alij ſine ꝯfeſſiõe diſcederẽt. alij di-
gitos et manus dentibꝫ laniarẽt. et alij ſani furiẽtes. alij pa-
ralitici. alij amẽtes affecti manifeſta necis iniuſte iudicia re-
linquẽtes. Obijt aũt anno dñi M c lxxiij. Dũ aũt clerici re
quiem eternã inciperẽt ⁊ ꝓ eo miſſaꝫ agerẽt defunctorũ ſubi
to vt aiunt angeloꝝ chori aſtantes voces cãtantiũ interrum-
punt martyris miſſaꝫ incipiũt. Letabitur iuſtus in dño ⁊c.
concinunt et ceteri clerici proſequũtur.

me g ccclxiij ¶ Apud ſpoletũ natale marcelli et exuperancij martyrũ. qui
paſſi ſunt ſub maximiano imꝑatore. hij primo eculeo ſuſpenſi

deinde fuſtibus grauiter macrati. poſt vngulis abraſis et la-
terum aduſtiōe aſſati martyriū glioſo certamie cōpleuerūt.
Itē depoſitio ſctiſſimi dauid regis ⁊ ꝓphe. qui ortus eſt de tri
bu iuda filius yeſſe natus eſt in bethleē. Inter fratres etate
minor. mente preſtātior a dño in regē vocatꝰ. a ꝓpheta ſamue
le in regē vnctus. patiēs in aduerſis. prudēs in ꝑiculis. In
peccato ꝓprio dolēs. pronus ad penitentiā. velox ad veniā.
hic quadrageſimo regni ſui et ſeptuageſimo etatis ſue anno
diē huiꝰ vite clauſit extremū ſepultꝰ in ciuitate ſua bethleē.
¶ Rome natale ſancti ſiluestri pape. hic matre a re et noīe ſil A cccxxiiij
iuſta genitus. et a cirino p̄ſbitero eruditus hoſpitalitatē ſum
mo ope exercebat. Erat eīm aſpectu angelicus ſermone niti-
dus corpe integer ope ſcūs. cōſilio magnꝰ fide catholicus ſpe
pacientiſſimꝰ charitate diffuſus. Mortuo ergo melchia epō
rome vrbis. Siluester ab omī plebe plurimū renitēs ab omī
clero in epm eſt electus. hic oīm orphanoꝝ et viduarū ⁊ pau
perum noīa in matricula ſcripta habebat ⁊ omībꝫ neceſſaria
miniſtrabat. ⁊ ꝓuidebat. hic. xxxiiij. fuit papa poſt ſcm petrū.
Et oēs predeceſſores ſui ſunt martyrizati vt in cronicis inue
nitur. hic ſiluester cōſtituit chriſma ab epō cōfici. et vt bapti-
zatum in cōfirmacōe liniat ꝑſonaliter. Et cōſtituit ꝙ nullus
laicus crimē aut violētiā clerico audeat inferre. Itē cōſtituit
ꝙ nullus clericus ꝓpter cauſā quācūqꝫ citādus eſt ad iudiciū
ſeculare ſed ſpūale. hic cōſtituit ꝙ ſacrificiū altaris nō in ſeri
co neqꝫ in pāno tincto celebret niſi tantū in lino ex terra pro
creato. hic ꝓpter fidē xp̄i a tarquino preſide captus et incar-
ceratus minādo ſibi mortē in craſtino inferendā. Et ipe ſcūs
ſiluester dixit. Stulte ac nocte reperēt demōes aīam tuā a te.
Et ſic vocatꝰ ad cenā os piſcis verſuꝫ eſt in gutture ſuo et ſic
in mēſa obijt. ⁊ ſcūs ſiluester ſtatī de carcere liberatꝰ eſt. Hic
baptizauit. Cōſtantinū imꝑatorē filiū helene regine. qui pri
mo fuit ꝑſecutor eccl̄ie et incidit in leprā. ſed poſtq̄ baptizatꝰ

fuit ſtatim mũdatus eſt a lepra et fidem recepit. Hic duode-
cim doctiſſimos iudeorũ magiſtros verbis et miraculis ſupe-
ravit et ad fidem xpi convertit vna cũ helena regina et omni
pplo. Hic sctam helenam matrẽ conſtantini imꝑatoris poſt
baptiſmũ miſit hieroſolimã ad inquirendũ ſanctã crucẽ. Hic
draconẽ in quadã fovea latitantẽ qui quotidie.ccc. homies
ſuo flatu interfecit.occidit et plurimos ex fetore draconis pe
ne mortuos incolumes et ſanos reddidit. Sicqȝ ppl's roma-
nus ꝑ beatũ ſilueſtrum a duplici morte liberatꝰ eſt ſcȝ a cul-
tura ydolorũ et a veneno dracons. hic ſilueſter ſedit annos
.xviij. Tandẽ cũ morti appropinquaret clerum de tribus am
monuit. Primo vt inter ſe charitatẽ haberẽt. Scdo vt eccle
ſias ſuas diligẽtius gubernarẽt. Tercio vt gregem a luporũ
morſibus cuſtodirẽt. poſt hec in dño feliciter obdormiuit cir
ca annum dñi.ccc.xxx.et ſepultus eſt in cimiterio priſtille rc.

Viola ſanctorũ finit feliciter. Anno domini.
M.cccc.lxxxvj. x.kl'. May. Nurmberge
impreſſum ſatis emendatũ elaboratumqȝ.

BIBLIOTECA DE CATALUNYA BC


18 39.
BIBLIOTHEK
OBERHERRLINGEN
E. M.

N 43